

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[Proemium In Regulam Monacharum]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

C & uiris eius adhuc sub umbra legis comedere panes ppositiōis, qñ ab Abimelech panes petijt fame stimulāte: quō nūc euāgelio coruscante psuaderi debet laicis, ut oblationē panū deo oblatorū suis usib⁹ rapiāt. Dicit nāq; p inde Apłus: Qui altari seruiūt, de altari pticipēt. Ergo qā sacerdotes pro omib⁹ orare solēt, quorū eleemosynas & oblatiōes accipiūt: qua frōte psumūt laici oblationes, quas christiani pro peccatis suis offerunt, uel comedere, uel alijs cōcedere: cū ipsi nō debeant pro populo orare. Ob hoc papa gloriose mittere oportet illos psumptores in excommunicationē perpetuā, ut ceteri metum habeant: & amplius hęc in ecclesia ne fiant.

CENSURA EPISTOLAE SEQVENTIS.



Vid opus est in hoc argumētis uti, regulā hāc nō esse Hieronymi, cū id totus sermōis insulsi mi character adeo palā prae se ferat, ut uel ab indoctissimis sentiri queat. Ipse non possum satis admirari tā insignē hois impudētiā. Quāta cū autoritate loquit: Putas apostolū aliqūe esse. Et hic impostor iplo Paulo felicior: in corpore cōstitutus, fructus est uisione diuina, totos opor meles inter seraphim uersatus. Deinde corpori reddit⁹ cū antea dixisset, in corpore cerni, redibat nobis pscius futurorū. Nam huiusmodi portēta de se scribit supposititi⁹ hic Hieronymus: qui si prodigiosam balbutiē suā, & ineptissimā loquacitatē mutare potuisset, plane Hieronymus erat. Nūc auriculā prominetes prodūt asinū, & totus sermo clamat indignū fuisse qui in diui Hieronymi culina ministri locum teneret. Sed audi iam lector bellam p̄fationem, qua non Hieronymū exprimit iam senem, sed ebrium aliquem, uino simul & atate delirantem.

PROEMIVM IN REGVLAM MONACHARVM.



T Epescens in mēbris prodiuū corpus ad terrā ex qua exijt: iāq; rugosa fronte senē & naturae pene portentū: uester p̄dilectae in dño filiae, & dominae Christi uirgines sacratissimae, Eustochiū & reliquae, ad agni nouas nuptias, sub obediētiā, pudiciā, paupertatis, & religiōis in domo dñi adunatae pposito: nimiū sollicitat p̄ae deuotionis ac charitatis affectus, ut tremulēta manus suae parūper uetustatis oblita: deo uiuēdi, nō mundo: spiritui, nō carni: & qd' arduū est: nō sibi ipsi normā & regulam, ex christi & apostolorum uita collectā: ex sanctorū etiā patrū anachoritarū, quos per septē annos eremorū antra circūiens, non sine admiratione & informatione repperi, obseruationis & imitationis digno comēdandā p̄aconio: in p̄senti libello edoceat officio calami, paratas mētes ad bonum, ueluti lingua iam dudum solebat uoce non mortua. O felix affectio: O desyderium in domino cōmendandū: ut quae deficiente per senium & cōmunem atatis finem lingua doctoris, de casu timetis: qui promptus est, p̄sumptuose & non timide ambulanti⁹ in uia dei: in qua tot latent aduersa, quot momenta sunt temporum. Expōcit uestra pietas, ut depicta sibi pericula, & fomenta remedij prodiu⁹ semper ad malum a primordio iuuentutis rationalis & animalis animus cernens, gradiatur per tuta. O prudens consiliū, ut pro uoce scripturam: & pro facili⁹ transeunti, diu mansurum commutet. O iusta & sancta exhortatio, & perdigna exauditionis beneficio. Sed p̄dilectae filiae: & si iustum & sanctum est, quod petitis a patre: patris tamen negat atas: prohibet insufficientia, licet ingerat charitas. Stupent oculi palpitantes in tenebris, horret naturae phrenesi inconstans manus peragere iuuenilia. Hortat⁹ tamen semper charitatis ardor: ne paratur labori, unde tātus colligit⁹ fructus: quē non putarē in uobis carpere, quae scripturis de dñi uoluntate melius estis edoctae: ut blandimenti aliquid fatear, licet ueritatis: nisi ad alias succēdētes per tempora informandum traheretur tantus hic labor. Vincat igitur duellum hoc charitas: quae ipsum inuincibilem uicit, ut immortalis moreretur pro nobis. Verum frustra hęc speratur uictoria in tanta impossibilitate naturae, nisi deuotae orationes filiarum adsint: quibus deus paruit intantum ab antiquo, ut etiam eum p̄citeret eorum quae primitus minando spoponderat, quāuis p̄citere non possit.

DE CHARITATE ET VNITATE SERVANDA

Ca. I



Vis autē in monasterio cōstitutis sororib⁹: prim⁹ sit arripiēdus mod⁹ deo uiuēdi & regula: ipse solus Christus hui⁹ ppositi inceptor & doctor, in uni⁹ re spōsiōe instruit uniuerfos. Si uis (inqt idē magister hāc petēti) ad uitā ingredi: serua mādata. Qd' si forte quærat quae sint: ilico sic p̄cunctātī, expōluit: Diliges dñm deū tuū ex toto corde, mēte, & uirib⁹ tuis: & plus q̄ teipsum: & proximū tuū sicut teipsum. In his duobus p̄ceptis pendet quicquid est legis: quicquid etiam prophetae & sancti uiri perscrutati sunt. Et attendite sollicitē quæso charissimae: quae

A sima: quæ ingredi nō solum totis affectib⁹ cupitis ad uitam, quæ uere uita est (nam uiuentibus in mundo uita nō est, sed mors): sed iam dei auxilio estis iter ingressæ, quod sine præceptis charitatis non ingredit⁹ quisq; ad deo uiuendū. Propter hoc em̄ apostolus Paulus non gloriatur in linguis angelorū & hominū, non in cognitione mysteriorū dei, nō in spiritu prophetiæ, non in asperitatib⁹ carnis, nō etiā in eleemosynarū operib⁹, quāq; ad om̄ia pietas ualeat, dūmodo charitas nō desit. Hæc itaq; sola reddit hominē deo uiuentem, hæc religiosos, hæc monachos facit: sine hac monasteria sunt tartara, habitatores sunt dæmones. Cum hac x̄o sunt paradisi in terris: & in eis degentes sunt angeli. Ideo q; mihi dilectæ filiæ: licet longa uos macerent ieiunia: abiecta & nigra uestis deformet: longa officiorū & operū textat⁹ series: si intus desit charitas, ad infimū nōdum religionis gradum peruentū est. Propterea charissimæ hic incipiendum est iter, ad apostolicæ perfectionis apicem. Si uero relatiua est charitas: & ad unum nō potest proprie dilectio fraterna dici: idcirco est necesse q; plures sint, qui se mutuo ex charitate diligant: ut dicat⁹ iuxta prophetā: Bonū & iocundū est habitare fratres in unum. Quod satis approbat sapientia dicens: Frater qui simul iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Et iterū: Si fuerint duo simul, fouebunt se mutuo: sed si unus gradiatur & cadat: uæ soli, quoniā subleuantē non habet. Propterea solitariorū uita quā satis expertus sum, periculosissima est & ardua: & si bona & q; pluries deo uicina: non tamē æque secunda est, ut simul habitantiū in uinculo dilectionis & charitatis affectu. Qui sibi inuicē per tentamēta deficiētib⁹ auxiliant⁹, sibi inuicē ministrāt pietatis & charitatis obsequia. Sed certe si fratres aut sorores simul in unum nō habitent: nō iam bonū, sed malū est. Nihil bonū diuisum. Omne etiā scdm philosophos intantū habet bonitatis, inquantū unitatis attinēs suæ naturæ. Qd' si singulū unū in tota mundi machina per se creatū est bonū: nō tñ est optimū, nisi cæteris nexum. Propterea in exordio mundi uidit deus: q; cuncta quæ fecerat, erant ualde bona. Idcirco charissimæ in apostolica uita uobis de sæculo adunatis p̄ corpora: sit cor unū, & anima una in dño, uelut de apostolis & de ipsis apostolicis uiris in actibus eorū legit⁹: Multitudinis enim credentiū erat cor unum & anima una in dño. Nulla uita pro certo est deterior, q; simul degere corpore & non mente. Et uere infelices sunt, quibus nō inest una, sed diuersa uoluntas. Sit itaq; uobis semper unus affectus, una uoluntas, una fraternitas, una proportio morum, una iocunditas, una tristitia: ne qd' alteræ placet, displiceat alteræ: quo gaudet altera, tristetur & altera. Et sic habere poteritis religionis propositū, si unanimes in domo dei habitetis. Hæc uera uita dei, non diabolica: uere monasterium, non infernus: uere uita religiosa, non diabolica.

De non habendo aliquid proprium.

Ca.

II

A Nte mentis uestræ oculos semper euangelicum illud appareat stolidissimi uiri illius exemplum: qui ædificiū suū qd' summo opere fecerat, ingruentibus fluminib⁹, flantibus uentis, & imbrib⁹ inundantib⁹ pluuiarū, totū amisit in casura: qm̄ ædificatū erat in sabulo. Nec mirū charissimæ, firmū em̄ quid aut stabile, in mobili diu manere non pōt. Aedificat fatuus ille in sabulo, qui in uita ap̄lica & religionis proposito appetit temporales diuitias. Hic attēdite filiæ diligētē: hic periculū omne est, hic interitus, hic mors æterna. Qui iam renunciauerunt omnib⁹ quæ possident: qui relictis omnib⁹ quæ habebant in sæculo, ad Christū imitandū pauperculum: qui ubi caput redinet, nō habet: concurrentes ex uoto, sub iuramēti pollicitatione promiserūt: nihil tēporale, nihil terrenū præter Christū solum: nō solū possidere, sed nec etiā appetere, quæ iam dimiserunt, tenere uel quærere debent. Hinc Christus ap̄lis nō portare sacculū, neq; perā, neq; æs in zonis mandat: ut ex hoc intelligant eorū uitæ sectatores, q; nihil propriū in monasterijs licet habere. Certe nō tunicā, nisi quæ ex necessitate portat⁹: nō caligam, nec aliud minimū quodq;. Verū & si Christus & apostoli aliqua quæ sibi dabantur, propter necessitatem tenebant, nulli singulorum licebat aliquid ex his contingere tanq; suum: sed pessimus ille proditor atq; latro, ferens loculos, omnia portabat in eis ueluti totius cōgregationis communia: & minister cōmunis, singulorum necessitatibus prouidebat. Ex hoc edocti apostoli & fideles, post Christi ascensionem nihil omnino suum esse dicebant: sed erant illis omnia communia: & singulis diuidebat⁹ prout unicuiq; opus erat. Sic & uos charissimæ filiæ, & si liceat habere aliquid temporale, ut uictum & tegumētum, quæ duo plene sufficiunt christiano: nihil horum alicuius

Kk 4 sit uestrū,

C sit uestrum, sed cōmune: qđcunq; etiā minimis puellulis quibusq; distribuatur ut decet.

De eligendo sorores ad recipiendum & administrandum bona monasterij. Ca. III

ITaq; obtestor uos oēs & singulas corā deo & Christo Iesu: qui iudicatur⁹ est oēs, ut aurū & argētū, atq; cito trāsiens pecunia, nulla cor uestrū ratione seducat: ut nitat aliq̄ uestrū cū Anania & Sapphira mētiri spūi sancto quē nihil latet: retinēdo apud se aliquid q̄tūcunq; minimū tēporale, ultra ea quæ ex necessitate portant: nec tñ hoc, nisi de licētia abbatissæ. Semp̄ eorū mortis iudiciū terribile uos terreat. Nam legit^r q; ex eorū morte, factus est timor magn⁹ in uniuersa ecclia: & oēs qui audierūt, timuerūt. Nudus Iesus, nudas quærit amicas & spōsas. Qđ si ipsum sequi, tēporale aliquid appetēs seu desyderans forte uolueris, onerata grauedine, nudū sequi nō poteris. Hinc beati pauperes dicunt^r spūitu: ut ex hoc sciat^r q; nō sufficit cūcta tēpalia in mūdo relinquēdo ad monasterij paupertatē accedere, si mēs misera appetit quæ reliquit. Magis em̄ cōtēplant^r oculi dñi affectū q̄ cēsū. Meli⁹ est em̄ in sæculo cū cæteris diuitib⁹, diuitijs insistere, q̄ in monasterio paup̄ ipsas appetere. Propter qđ uolo, hortor, & moneo uos charissimæ: ut hæc perpetuo in uestro monasterio obseruatio maneat: q; nulla scilicet oīno tangere: aut aliquāliter retinere audeat p̄ horā cēsū, aut obolū, aut aliquid q̄tūcunq; minimū, quāq; a matre aut sorore mittat. Eligant^r autē iuxta ap̄lorū ritū, cōmuni uoto abbatissæ & cæterarū, singulis annis: aut si decēs uidebit^r & utile, cōfirment^r duæ aut plures ex sororib⁹, boni testimoniij, plenæ spiritus sancto & sapiētia: q̄b⁹ iniungat^r hoc op⁹: ut q̄scunq; prouētus tā dom⁹ q̄ singularū sororū recipiāt: & ex his sororib⁹ necessaria fidelit^r administrēt. Caueāt q̄q; ne aut ex paritate murmur, aut ex abundātia tumor i sororib⁹ habeat locū: sed iuxta ap̄lorū uitā, nō plus cuiq; aut min⁹ tribuat^r: iuxta qđ exigit necessitas, nō uolūtas tribuat^r: ut nō iam altera sit egēs, altera abundās: sed unaquæq; ex p̄uisione cōdecēti moueat^r ad dei laudē. Prouideāt insup̄ sic, q̄b⁹ hic pietatis iniunctus est labor: ut singulis mētib⁹ aut hebdomadis siue dieb⁹ paratæ sint: tam de his quæ proueniunt, q̄ de his quæ expēdunt^r in capitulo corā abbatissa & conuentu sororū sigillatim reddere rationē. Qđ fiat saltē semel in mēse, ne & ipsæ apud sorores furti sint suspectæ: & eis ex negligentia, male exequēdi materia detur. De cōmunitate & humanitate seruanda. Ca. IIII

Sic sic dei spōsæ spōsum Iesum astringite mētib⁹ mūdis a terrenorū cōtagione: qm̄ secū in habitatiōe nihil patit^r esse terrenū. Sic sic ap̄licæ scēminæ proijcite peras & sacculos: ut neq; marsupia ex latere pēdeant: neq; opus sit clauib⁹: ut iā ex ipsis mōstret^r exteriorū indicij: q; nihil habet^r intrinsecū præter Iesum: q; nihil ē clausum, qđ ē deditū usib⁹ oīm. Vestimēta duplicia, sunt ex euāgelio phibita uobis: ut discatis ea solū habere, quæ naturæ tm̄ subueniāt: & nō quæ nutrant tineas. Si qua x̄o supersunt, uno claudantur in loco: ut ex his quæcūq; soror eget, indui possit. Nulla unq; in uestibus preciositas, nulla melioritas: alterā dominā, alterā ancillam ostendet: sed in oib⁹ æqualitas existat: quæ uni spōso nuptæ, cōmuni uoto p̄fessæ sunt. Nō quærat obsecro filia regis, filia militis præeminere pompis terrenis, in Christi & ap̄lorū cōsortio. Nō em̄ Petro uili piscatori Bartholomeus nobilis anteposit^r a Christo: imo piscatori toti⁹ mundi, monarchiæ tradit^r principatus. Dignitatib⁹ carnis, spūalis uita nō eget: & carnis arras Christus in suo nō quærit cōiugio. In sæculo nubant parib⁹ filia regū, filia militū præeminētias quærant & honores. In monasterio x̄o oblita p̄pli sui & dom⁹ suæ, in dño solū gloriā quærat^r: & exultēt, q; de maiori præcipitio mōtis sunt ad uitā ap̄licā sumptæ. Propter quod admoneo uos filia: ut quæcūq; officia uobis dom⁹ a matre monasterij imposita, libētī aīo expleatis: Hilarē em̄ datorē diligit deus. Nec uerecūdent^r in uilib⁹ nobiles: nec illa recusent, sed audiāt sapientē: Quāto maior es, humilia te in oīm⁹. Audiāt & Christū quid ap̄lis de hmōi pompis in ultima cœna, humana mēte disceptatib⁹ definiuerit. Reges gētiū dñant^r eorū: & qui potestatē habēt sup̄ eos, bñfici uocant^r. Vos autē nō sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & q; præcessor est, sicut ministrator. Verū ne doctoris doctrina, ex cōtraria operatiōe uilescat: statim subinfert ex silitudine quādam cū interrogatiōe cōcludēs: Nā quis maior est: qui recumbit, an q; ministrat? Nōne q; recumbit? Ego autē in medio uestri sum, sicut qui ministrat. Erubescat siquidē stercus uilissimū: & uapor ad modicū parēs, humana mens se extollere: & dom⁹ officia abnuens, a cæteris sororib⁹ sibi uelle seruire. Nam Christus cuius generationē quis enarrare nō potest: non uenit ministrari, sed ministrare. Et in ultima cœna discipulorū abluens pedes, hoc suis reliquit humilitatis exēplum.

De simonia

A De simonia uitanda in recipiendo sorores.

Ca.

V

Detestabilem hæresim simoniā, quā cōmuni prauitate diaboli moniales assuetæ cōmituntur: etiam in auditu horreat uestra societas. Hic pœna, & Simonis uos terreat prauitas. Vox Petri, christi uicarij ad Simonem, nunq̃ de uestris exeat auribus: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Existimas enim donū dei haberi pecuniā? Donum dei est spiritus sanctus. Cōmunis mercatorum habet usus, ut uenditio cōmutetur in melius. Afferit quippe simoniacus, pecuniam esse præstantiorē dono dei, cum idem in ipsam cōmutat. Ad uos uenientes sorores, ad sanctas christi suscipite nuptias gratis: præponat sanctitas pecuniæ: exquirat bonitas uitæ: nō generositas carnis: nō utilitas mūdi. Nulla omnino pactio: nulla opinio quæ mentis puritatē perturbat præueniat. Beatū sapientia clamat, qui excutit manū ab omni munere: & qui post aurum non abiit, nec sperat in pecunia: quæ subuertit iudiciū. Si qua sororū inopiā ex sua abundantia supplere desyderat, iuxta apostolicū ritum, omnia quæ habet in sæculo ante sororū pedes ponat: & cunctis quæ habebat in sæculo renūcians intratura, fiat sicut una ex minimis: & sublato dominio cū affectu, omnia quæ portatū, electis administratricib⁹ domus prebeant: ut ex his tribuant prout unicuiq̃ opus est. Nec murmuret quidē, quæ sua monasterio tradidit, si sibi nō maiori sumptu administretur q̃ cæteris quæ ex paup̃rate uenerūt. Nec extollatur: & ceruice erecta more scemineo improp̃eretur cæteris, se tm̃ ex suis facultatibus attulisse: plus em̃ attulit soror paupercula: si ingrediens, affectū habendi dimisit: q̃ quæ multa afferens dona, supbiā tulit. Glorietur autē potius, qm̃ diuitiæ quæ solitæ sunt possessores precipitare in mortē: nō preualuerūt aduersus eam: & quæ cōmuni usu sunt malæ, ex subuēctione sororū sibi factæ sunt bonæ. Alioquin melius fuisset sibi cū parua pœna, cū suis diuitijs in mundo p̃manēdo damnari, q̃ ipsas relinquendo monasterio, exorta superbia ad infernū cū maiori pœna deduci. Humiliētur etiam pauperes: quæ ex paup̃tate, nihil subuēctioni domus potuerūt contribuere, sicut & illæ. Et gratias deo in humilitate retribuāt: qd̃ quæ prius in mundo uiuere nō poterant: ex alienis laboribus habent quæ sibi sufficiūt, sicut & diuites. Mirū quidē de infelici cōditione pluriū hominum. Sunt em̃ nōnulli uiles & abiecti in sæculo, qui quotidianis laboribus se ultra uires affligētes pro uictu captādo uilissimo: & uix raris fabis & rapis cum rudi & hordeaceo pane saturātur. Cum uero ad christi mensam accedūt, & militiam christi suscipiūt: suæ egestatis obliti, lautiora quærūt q̃ milites, qui sunt assueti magnificis. Hæc igitur omnia in christi & apostolica uita locū nō habeant. Omnes ex ministerio sint cōtentæ: ne ex murmuratione pereāt. Si abundāter sibi tribuant administrātes: recipiat siquidē naturæ necessaria: necessitatū limites nō excedat. Si uero modicū: discat cum Apostolo seruire dñō in fame & in siti: & in egestate nuditatis & frigoris: ita ut accepta cruce gradiatur post christum abnegans semetipsam.

De obedientia exhibenda prelati.

Ca.

VI

Volo autem uos mortuas sæculo, uitijs & concupiscentijs, carnem crucifigere cum christo: & quæ iam ceperunt proprio sese uoto castrare sub perpetuæ uirginitatis & castitatis proposito: in monasterio uelut in duritia lapidis, fore cum christo sepultas: atq̃ iuxta decretum summi post christum pontificis Petri: qui ligandi soluendiq̃ tenet principatū a domino, resuscitandarū in gloria cum christo sic deuotione firmetur uestrum propositū: ut fides & spes sit tota in deo. Castigent animas in obedientia charitatis & fraternitatis, amore simplici & corde inuicem se diligentes attentius. Nihil ut puto stultius: nihil intolerabilius, q̃ peregrinos & aduenas præcipere ciuib⁹: & in loco non solito se ostendere directorem itineris: & de semitis: & de securitate itineris: & de breuitate tramitis, iuxta uoluntatis libitū uelle docere. Monstraretur quippe portentum nauigatoribus: & pro certo nunq̃ ueniretur ad portum, si de directione & gubernatione nauigij, quicūq̃ remigator ordinaret ad uotum. Non ciuitas: non regnum: non minima domuncula diu maneret in rure: si cuius uoluntati pareretur deesset. Propter quod ipse papa Petrus, qui religionis apostolicæ uitam uolebat instruere, sicut a magistro didicerat: ut magis intelligatur qualiter anima castigetur in obedientia charitatis & fraternitatis amore, exponit apertius: Omnes, inquit, honorificate: fraternitatem diligite: deum time: regem honorificate. Et ne excusationis arripiatur scutum: sub particulari nomine præminentis

C præminētis dignitatis, generaliter infert omnib⁹: Serui, subditi, inqt, estote in omī timore domi-
nis. Et ne prælati in medium perducatur prauitas: quæ plarūq; subditis prestat causam magni
casus: Non tm̄, inquit, bonis & modestis, sed etiam discipulis. Verū ne forte uideatur graue hu-
manæ uoluntati se abnegare, & crucem tollere: obediētiæ proponit meritum: quo omnis labor
dulcescat etiam grauis. Hæc, inquit, est gratia. O felix & abundās gratia. In obedientia summa
uirtutū clausa est. Nam simplici gressu hominē ducit ad christum: & nō solum mens excusatur
ad reddendam deo rationem de subditis: sed nec etiā obligatur reddere de seipsa. O summa li-
bertas: qua obtenta uix possit homo peccare.

De regimine Abbatisſæ.

Ca.

VII

Attende diligenter mi dñā charissimā Eustochium: q̄ grauis imponitur sarcina hume-
ris tuis: quæ de subditarū animabus, de corpore, de uerbis, de moribus obligaris apud
diuinum examen reddere rationē. Caue quæso: ne de te etiam leuis suspitio in malo
possit oriri: ne dispergas, quas conaris educere. Sic ordinata, sic rationi conformia mādāta foro-
ribus proferas: ut etiam deprauatæ superbæq; mentes animētur ad obediētiæ semitas. Sic dul-
cis, sic mitis sit sermo: ut duritiæ furorem non suscitet, sed frangat exortum. Sic erga inobedien-
tes, uirilis & constans sit animus: ut omnis muliebris mollities discedat e medio. Excidentur in
ortus primordio uepres, ne nimium excrecentes, germina seminū suffocent. Nihil quippe in re-
ctore periculosius est: q̄ uana humilitas ad correptionem erga superbos proteruosq; subditos.
Singularum sororū uolūtates in re difficili pertractanda semper auide audias: nec tñ cuiuscūq;
uoluntati innitaris. Verūtamen si quicq; utile prodatur: non attendatur persona quæ protulit.
D Elegit em̄ deus infirma mūdi: ut fortia quæq; cōfundat. Tuā uero in rebus gerēdis cōmunibus
nō tm̄ uoluntatē exquiras & teneas: nisi maior pars discretarum filiarū id cōmuni uoto collau-
det. Superbarū insensatarūq; mentium est, suo tm̄ uti consilio. Non audiatur cuiusq; uoluntas
sub uerborū murmure & loco abscondito: sed palam cunctis præsentibus cum omni charitate
liceat dicere & audire. Si cōceptui proprio maior pars sororū dissidet: non uelis sola omnibus
contraire. In exercendis furor, odiū, inuidia, seu derisio sic penitus discedat: ut non nisi pax, cha-
ritas, amor, & alterutrum supportatio cognoscatur: quatinus fiendorū solus spiritus sanctus au-
thor meliora inspiret. Non sit inter uos quas charitas simul unit, sceminalis quædam abusus: ut
undiq; cachinnis & uocibus aer resonet: & audientiū aures præ strepitu terreātur: sed cum om-
ni modestia stantes, una loquente, cætera sileant. Nec altera alteram ex auuiditate loquēdi inter-
rumpat, & prebeat impedimenta dicenti.

De reuerentia & subiectione erga abbatisſam.

Ca.

VIII

Propter qd' hortor, moneo, & oro uos charissimæ & dilectissimæ filiæ, quæ iam mortuæ
estis & sepultæ cū christo: quæ iā carne contēpta cū eius gloria, cognito qd' omnis caro
scenū, & eius gloria flos sceni, ad nouitatē uitæ spiritus estis renatæ: nō ex corruptibili
semine, sed incorruptibili, p uerbū dei uiuentis & pmanētis in æternū: ut tanq; peregrinæ & adue-
næ abſtineatis uos ab omnibus desyderijs carnalibus: quæ militant aduersus animā: subiiciētes
uos in omni obediētiā & timore, & reuerētiā præpositæ matri uestre: ut iam omnino nihil aliud
uelle uel nolle alicui liceat, nisi quæ abbatisſa domus mādauerit faciēda: nihil graue, nihil ipor-
tabile uideatur, si iussum propriæ nō cōcordet uolūtati. Vere obediens & qui pro Christo caret
omni arbitrio uolūtatis: nihil nouit difficile, nihil iniustū. Memētote charissimæ qm̄ christo in
uestre religionis ingressu, dimisistis omnē uolēdi & nolēdi licētiā: nisi quæ ei⁹ uices gerētes ordi-
narēt de uobis. Obeditis em̄ Christo firmissime, cū ppositæ matri uobis parere studetis. Tunc
em̄ spōso Christo, cui desponsatæ fidē totā uouistis: præter quē nullū ultra amatorē admittere
in desponsatione iurastis: magis gratæ, magis placētes estis, citiusq; meremini duci ad thalamū
ut cū omī iocūditate dulcibus amplexib⁹ astringamini: cū ei⁹ studueritis in uicaria parere man-
datis. Vicarij em̄ honor redūdat in deū. Sic iubet lex cōiugij: ut sponsa sub lege sit sponsi. Emu-
lamini semp inter uos hac dei æmulatione: ut certatim adinuicē altera conetur excedere alterā
in obedientia. Non igitur est monasteriū, non religiosi, non monachi, ubi subditis obedientia
deest erga prelatum. Destructioni est corpus expositū: cum membra discordant a capite.

De correctione

A De correctione facienda & generali accusatione criminum in sexta feria. Ca. IX

Contumax, præsumptuosa, ac superba mulier, in sancto uestro cōsortio, quæ dedignat̃ esse subiecta: ac suis litibus & iurgiis scandalū præbet quieti sororū: & eis inobedientiæ demonstrat exemplum, arduis crebrisq; ieiunijs castigetur: cum resistit mandatis impositis. Si ieiunia non castigant superbiam, edometur uerberibus, contumelijs, & grauib; disciplinis: ut iam discat cum Petro: qd' nisi prælato, imo Christo in eo obediat, partē cū Christo in regno Christi & dei non habebit: quanq̃ imposita uideantur extranea, nec cōsona rationi. Sed si nec sic indomita superbia studuerit obedire, cum apostatis angelis expellatur: quæ partem non habebit in regno. O infelix superbia uitæ: ut pro implendis uoluptatibus carnis, renunciet hæreditati cœli: quam fuerat assecutura per Christum. Nondum deo uiuit: nōdum religionis semitam Christi q; nuptias attigit, quæ non efficitur ita simplex & pura: ut quicquid sibi mandatum fuerit per præpositam matrem, angelico putet ore transmissum. Tunc unaquæq; cæteris se beatiorē existimet, cum in laboribus præponit̃ reliquis. Non pudeat singulis hebdomadis sexta feria, quo die saluator opprobria, & mortem pro homine ab homine pertulit: unamquamq; sororum, suam uitam coram omni cœtu sororum discutere: & de commissis cōtra præcepta & regulam, se proprio ore criminari, ac disciplinam subire: quatenus stimolata mens cogitationis, stimulo accusationis ac uerborum, caueat accusanda pudendaq; committere. Nec tamen propter hoc occulta cogitamina cordium prodantur: nec occulta peccata, quæ solis debent sacerdotibus confiteri: sed solum quæ præceptis obuiant publicis: & exempla peccandi sororibus præbent. Si x̃o uel timore uel uerecundia seipsam accusare neglexerit, liceat unicuiq; propalare tale crimen alterius: ut nullatenus radices inobediētiæ & superbiæ in sancto hortulo uestro arripiant, non euellendas de facili. Verum si quippiam iuxta scēminarum modum, quæ nihil retinere norunt absconditum: immo ante garrulando manifestant, q̃ sciant, aliquid de his extra cœnobij limites prodiderit, subeat grauissimam pœnam: ut doctrina tacendi, doceatur in pœna.

De uita mirifica sanctorum patrum, quos in eremo repperit.

Ca. X

B **R**eferam uobis quædam non minus imitanda per opera, q̃ audienda de aliquibus sanctissimis uiris: ut bonorum exempla, obediētiæ humilitatem: qua carente, in ædificij spiritualis structura, fundamento uirtutum quicquid ædificatur, est uanum: uestras mentes doceant: & crebra memoria sanctorū gestorum uitæ religionem instruant & uirtutem. Dum igitur per eremorum antra septem annis sanctos patres degentes, ibidem in terris uelut in cœlis angelos assistentes assiduo labore itineris, arduisq; uiuendi incommodis: cæterisq; innumeris calamitatibus peragrandō uisitarem: de quorum uita moribusq; mirificis, quæ luculenter ipse perspexi: libellum compegi, qui uobis sit ut lucerna in candelabro ad meditationem religionis & uitæ. Nihil ita charum: ita studiosum appetabatur a monachis: q̃ quod in eis qui iuberet, posset inueniri. Profecto non taceam tantam charitatem, tantamq; humilitatem, quam sanctæ illæ mentes habebant: ut hæc cernens, omnis laboris & grauedinis oblitus itineris, eremos humanæ naturæ tam detestabiles & ingratas, in paradisos putarem pene conuersas. Mirum auditu, sed fœlix obtentu: sic sanctorum hominum corda, charitas transformauerat in creaturas deificas: ut caro pene esset nescia carnis. Licet per Iohannem dicatur: quod quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia uitæ. Nam sic simplicia & humilia corda, obediētiæ & humilitatis innitebantur uestigijs: ut quasi quorundam philosophorum uideretur in eis uerificari opinio: qui unam ponunt in hominibus uniuersis animam solam. Nam abbates & patres nihil omnino uelle sciebant, nisi illud quod subditi: & subditi antea conabantur iussa implere, q̃ forent emissæ: & quibusdam quodammodo indicijs nitebantur prophetare de uoluntate mandantis.

De uanitate scientiæ mundialis.

Ca. XI

O Sancta fatuitas, quæ natos ad labores homines in mundo, mereris transuehere ad gloriam ereptos de pœnis. Non hanc fatuitatem doctissimam Athenis Plato didicit: non Aristoteles, non Anaxagoras, non cæterorum stultorum mundi sapientum turba percepit. Non certe miser ego Hieronymus fatuorum sapientum imitator, anteq̃ sancta uerbera

C uerbera luerem. Quancūq; ut meas miseras detegam, me anteq̃ uicesimum annum ætatis attingerem, urbs Roma in summū prælegerat magistrū, in omnibus pene liberalibus artibus. Nondum sancti spiritus scholas intraueram: nondum cæcutiens peruenire ad sanctæ ueritatis potestatem disciplinā. Non Academiæ, non certe Romæ, huius doctæ fatuitatis resonauere gymnasia: quæ sancta retinet eremus. Verum non sine labore didicisti tuam sapiētiam fatuam Plato: quē mundus retinere nō poterat, mundi sapientiā insequentē, per diuersarū nationū & gentium, regionūq; partes, infinitis erumnis innumerisq; peragrandō laboribus. Nec tamen fatuissima sapientiæ finē, qui est summū bonū: ad qd' te naturæ mouebat intentio, in orbe uniuerso reperire sciuiti: quē sancti hi rustici hanc fugiētes, inuenerūt in eremis latitantes. Attēde & tu fatuorū sapientū princeps Aristoteles: etsi fueris absq; dubitatione, prodigiū grandeq; miraculū in tota natura: cui pene uidet̃ infusum, quicquid naturaliter est capax humanū genus: quoniā sapiētia mundi, stulticia est apud deum: si charitas nō informat: si intellectus nō captiuat̃ ad fidem: si cor ad christi seruitutē non inclināt̃. Qui iudæis est scandalum, paganis stulticia: nobis x̃o credentibus honor & gloria: in quo solum gloriat̃ Apostolus: Qui gloriat̃ (inquiens) in dño gloriē.

De promptitudine adimplendi mandata imposita.

Ca.

XII

Nihil honorabilius, nihil ue gloriosius charissimæ, q̃ seruitus Christi. Hæc sane præferenda imperatorū fastigio, hæc dignitati regiæ, hæc cuiuscunq; sæculi gloriæ. Huius seruitutis Christi, quidam inter ceteros quos uidi in eremo doctus ex monachis, ex iussu patris senioris, suæ charitatis & humilitatis fructum cupiens augere: & obediendi alijs iuuenibus tradere normā, pergrandem lapidē humeris hominū proculdubio grauē: bis quolibet die per tria miliaria gestabat in scapulis: nulla alia necessitate coactus: q̃ iam per octo annos effecerat. Sed si forte quærebat̃ quid in eius mente uoluebat̃: ex hoc q̃ forte nostræ superbæ menti, quæ nondū ad huius sanctæ fatuitatis perfectionē aduenit, uidet̃ extraneū puerorūq; ludus, & ociositatis opus. Testor deum q̃ mihi ab eo sollicite percunctanti, tanta simplicitas & humilitas est reperta: q̃ extunc incepī ducere monasticam uitam. Nam sic deuote, sic affectanter, sic hilariter continuis diebus explebat tam insolitum opus, ut sibi uideret̃ post expletionē captare omnem gloriam. Quinimo in huius operis fatigatione, minime cōtentus, pene molestabat patrem: ut medio tēpore nouos induceret labores: & opera perficienda per eum. Quid ego uagor per singula? Non est opus exponere, quicquid in similibus continue exercetur a monachis. Hoc unum apud omnes obseruationis præcipuū est: & celebre p̃ Aegyptū: ut nullum nisi obedientē & humilem ad omnes labores perficiēdos & opera suscipiant. Quatenus domita caro ex grauedine, cogitationibus uanis & uoluptatibus non uacet ex ocio. Teneatis firmissime, q̃ omnis concupiscentiæ & immūdiæ atq; peccati mater est ociositas. De sororū operib⁹ faciendis. Ca. XIII

Hanc sanctam stulticiā stultamq; sapiētiam, quotidie in monasterijs discite filie, quam sancti in eremo uos docent rustici. Subtilia & alta nolite sapere: sed superbis & tumidis sæculi ea relinquite: ut post peractum, incipiant noscere quod litera occidit, spiritus uiuificat: & q̃ deus eligit abiecta & infima. Hanc sæpe scholam intrate: quocūq; die & quacūq; nocte ex his nouā discite lectionē. Non ocium, nō torpor, & ignauia uos ad dei seruitia, tepidas & frigidas reddat. Semp̃ aut officijs, aut orationib⁹, aut manuū operib⁹ sanctis, ceterisq; laboribus fatigatum corpus, requiem & refocillationē, non uoluptatē exquirat. Sed caute potissime ne quid operis uanitatis uestris uersetur in manibus: immundus reputat̃, qui immundū quicq; tetigerit, uel morticinū. Non deaurata marsupia, non cingulos, nō etiā chirothecas, quæ omnia lasciuæ & superbæ mentes exoptant. Horreat deo dicatū cor talia scire: sed aut sacri codices, uel legendo, uel scribendo genua premant: aut hortulorū cultus exerceat̃: aut aliud sanctum opus & utile: ut ex relaxatione quadam refocillatus spiritus, ad diuinum ardorē fortius accendatur. Sanctorū gesta quæ legitis, uestro accōmoda, pposito imitemini: uelit̃ imitari quod laudatis: & sequi quod cupitis. Vestram inter gentes cōuersationem bonam habeatis: ut ex odore famæ uestre sanctitatis, etiam malorū corda ad sancta desyderia moueant̃. Et in eo quod deprauatæ gentes detractant de uobis tanq̃ de malefactoribus, ex operibus uestris bonis glorificent deū. Hæc est enim dei uoluntas, ut imprudentium hominum, ignorantiam obmutescere faciatis.

De officio

A De officio & potestate abbatis.

Ca.

XIII

CAue quæso quæcunq; sis illa quæ præmines, ne ex officio regendi eleueris in altum: ut imperes illicita, & quæ sunt importuna, uel importabilia, & inquieta subiectis: ne tibi ille propheticus sermo conueniat: Quid est israel q; in terra inimicorum es: inueterasti in terra aliena: coinquinata es cum mortuis: deputata es cum his qui in inferno sunt: Dereliquisti fontem sapientiæ: nam si in uia dei ambulasses, habitasses utiq; in pace super terram. Non enim ambulant in uia dei, qui in administratione regiminis, honores & utilitates proprias exposcunt. Reuolue sæpius in mentis arcano, & stilo ferreo scribe in silice cordis: quid dominus, cuius uices geris ad subditas, contendentes apostolos quis maior esset eorum instruxerit, sequenti die recessurus ab eis: & si in superioribus dictum, tamen iterum narratum fortius teneat in corde: Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super illos, benefici uocantur. Vos autem non sic, sed fiat sicut minor qui est maior in uobis: & sit præcessor sicut ministrator. Disce igitur a magistro officium quod tibi iniungit, ne tuo uicariatu, potestatis traditæ limites excedas. Non efficiaris certe domina, sed ministra: unus est enim dominus. Et si tibi reliquæ sorores ut Christi administratrici & uicariæ obediunt: propterea non est tradita tibi potestas: ut inter sorores & filias hanc eleues: hanc x̄o deprimas sicut uelis. Sed quid tibi iniungatur ab institutore regiminis, diligenter inuestiga. Rerum enim omnium monasterij: & sororū sollicitudo in administratione & prouidentia tibi traditur: ut iam cæteris dormientibus sororibus, te deceat noctes crebras insomnes ducere: & senem iunioris animum sumere, pro utilibus & necessarijs domui prouidendis. Itaq; non tantum tibi honor, quantum onus imponitur. Et si sic feceris sicut decet, præmium multo maius consequeris.

De periculo præminentiae & dignitatis.

Ca.

XV

BON tibi obsecro blandiaris de domini pietate, qui tam diu peccatores misericorditer sustinet in peccatis. Et si diuturna est expectatio, nō minus formidanda est uindicta: quæ tanto durior est, quanto longius tempus in sustinendo præcessit. Propterea si secus q̄ debes egeris, periculum expauescas: nec ideo minus, si statim diuinum non incurras iudicium. Domin⁹ enim tuus qui suis te ouibus administratricem, & in sua te posuit uinea custodem, a te uult de singulis etiam occultis exigere rationem. Et si quid eum defraudaueris, tunc diabolo uenundatam in carcere exterioris inferni poni te iubet: ubi fletus est æternus, & stridor dentium: ut exprimatur in his quicquid doloris & pœnæ excogitari potest: quousq; debitum uniuersum reddideris. Sed si forte de restituendo debitum confidis, o te fatuam. Nam pro minimo quoq; delicto non habent unde restituant simul homines uniuersi: nisi ipse idem uelit remittere, cui facienda est restitutio. Felices itaq; magisq; securæ quæ subsunt, illis quæ supersunt: & quibus potius ministratur, q̄ quæ ministrant. Sed tamē superba mens hominum improuida periculi, semper maiorum dignitatum ascensum expetit: nec nisi post factum ex descensu terretur: quia quanto altior est ascensus, tanto durior est descensus. Sed forte descensum rarum æstimas. Sed firmissime doctus experientijs, & nō paucis, dicam: Raro per gradus dignitatis ascendit homo, quin multo grauius non descēdat. Verum & si a proposito digrediar, nolo opusculum hoc pertransire exemplum quoddam, quod sancto quodam mihi referente sene in eremo ex ueritate didici. Cum iuuenis quidā sancto proposito & uita, electus foret ad episcopale fastigium: quo grauius periculosiusue nequit aliud cogitari: patrum suum quendam, uirum utiq; sanctum, & prophetiæ spiritu plenū, eremi in cella ut eum ex hoc cōsuleret, adiit non incautus. Audita itaq; narratione nepotis: uir sanctus non uerbis, sed signis potius percunctanti respondit. Et ne contra Apostolum, qui desyderantem episcopatum in bono opere laudat, contraireret dissuadendo: & ne iuuenem periculo exponeret suadendo. Iussit itaq; senex quadratum discum a terra uæhe menter pedibus eleuatum ascendere iuuenem: & quater per quatuor disci latera supinum reuoluere semetipsum usq; ad horam casus: sicq; casu imminente, si altera succederet reuolutio, mandauit ut extra summitatem disci, adhuc se uolueret iterato. Cui cum nepos se non posse ex timore casus responderet, ilico eum fecit descendere: & per quandam latam planiciem diutius uolutare. Cumq; ex multitudine uolutionum utrifq; fastidium eueniret, surge (inquit) senex, &

Ll perge

C perge quo uis : facito quod tibi securius cernitur . Deditatus namq; iuuenis, abscellit: & alteri sancto f. ni patrui, deliramentum putans, factum retulit: a quo de periculo præminentie edoctus, electioni renunciauit, ut teneret quod est tutum. Qui post modicum, felici obitu ex saeculo exiens, hilarius & iucundus apparuit patruo: Gratias (inquit) pater tibi refero ex dissuasione episcopatus. Nam scito quia nunc essem de numero damnatorum, si fuisset de numero episcoporum.

De ordine in operibus abbatissæ.

Ca.

XVI

Haec idcirco mea domina Eustochium dixerim: ut aduertas quanto sis exposita periculo: & quanta te oporteat in uia dei prudentia ambulare: ne derelictis semitis iusticie, capiaris ab inimicis, quibus plena sunt omnia: & in terram alienam deducta, coinquinata cum mortuis, miserabiliter deputeris cum his qui sunt in inferno. Volo autem te discere, ubi sit sapientia, ubi uirtus, ubi sit prudentia, ubi sit longiturnitas uitæ & uictus, ubi sit lumen oculorum & pax: ut intelligas uiam disciplina: & deducas subiectas tibi per uiam pacis & disciplinae. Te morientem filia plangent, non gaudeant: tibi iusta & sancta præcipienti, omnes æquanimitè obedire latentur. Non propinqua, non affines, sic exaltentur q; cetera inuideant. Non carnalis dilectio in multis nociua, in sanctis mentibus habenda est. Omnes itaq; amato æquali charitate, & spiritali dilectione ut filias. Cum tempus exigit correptionem, uniuersas simili modo uelut ignotas, in ommissis corrigas. Verum semper in ira misericordie memor esto: ut nulla mouearis ratione, ad crudelitatem ex furore uel odio. Nec tamē habeas manus remissas ad puniendum scelera: ne ex impunitate, peccandi licentia sororibus concedat. Non sis ad pertractandum ardua monasterij & sororum, præceptis pro libito: sed sororum plurium & meliorum uoluntas semper accedat: ne rea & dissipatrix bonorum cœnobij crimineris. Non omnibus qui loquuntur, sis facilis ad credendum. Leuitas enim in credendo, leuem denotat mentem. Nequaquā effrenis lingua reperiaris: non impudica oculis: non crapulosa: non ebria. Sic te exornes uirtutibus: sic muniaris moribus, ut uniuersas opere & exemplo sanctitatis & uitæ, prompta sis ad docendum: ut iam ab omnibus in exemplum uirtutum ducaris: ut secuta ex dispensatione ministerij tibi traditi, occurrere ualeas domino: & ei reddere rationem de singulis.

De iurisdictione episcopi in sorores.

Ca.

XVII

Debilis est nimium sexus quem geritis, ac fragilis, ac mobilis si suo relinquatur arbitrio: & si uirtuosus sit animus: tamen nisi regatur, nisi dirigatur continue, cito deijcitur a sancto proposito. Hoc in Eua scitis experta: quæ suggerenti diabolo, q̄ facile assensum præbuerit contra diuinum præceptum, & tristitia partus, & conditionis uilitas ipsa perhibent testimonium. Profecto nihil in uobis foret uirtutum durabile, nihil sine graui periculo, si de uobis, ipsis uosipsæ haberetis curam. Propterea episcopus uester, cui ecclesie commissum est regimen: quem deus speculatorem posuit in uinea sua, pastorem ouium, directorem gregis, ac ductorem plebis & populi, ciuitatis & parochie in qua degitis, uos custodia singulari foueat, sanctæ doctrinæ uos pabulo nutriat: & coram deo, animarum uestrearum curam gerat specialem. Cui commissa est ciuitas uniuersa: huic æquanimitè sicut deo omnes deuote obediant: hunc patrem, hunc zelatorem uirtutum, tam præposita ueneretur, q̄ subdita. Lex ipsa seruetur, quam posuerit uobis in uia dei. Si qua sororum effrenis est, & disciplina præuaricatrix, & incorrigibilis a præposita: emendetur, castigetur, & puniatur per ipsum. Hunc directionis baculum, & uirgam disciplinae, cum a semitis iusticie deuiat: ipsamet etiam abbatissa cognoscat cum cæteris. Reddat eadem bis aut pluries singulis annis patens ratio, de bonis monasterij, de statu sororum, de uita, de moribus, ne iam ualeat oues ignorare quas regendas suscepit. Nihil arduum uendendi, emendandi, seu perpetrandi in cœnobio sine eius uoluntate liceat. Abbatissa x̄o domus moriente, quam communis sororum uoluntas in matrem elegerit, & abbatissam monasterij, ipse benedicendo, anulo uice Christi subarret in uero coniugio, si ad officium reperitur idonea. Sororum uero recipiendarum modus, introitus & conditio, omnino nullatenus cum pertranscat. Si quid dubitandum in fide, si quid obscurum, si quid periculosum occurrerit in uia dei: ipse declaret: ipse uos instruat in omni pudicitia, & spiritus sancti uirtute.

De ordine seruando inter episcopum & sorores.

Ca.

XVIII

Non nimium

A Non nimium sit stricta familiaritas, non suspecta colloquia: & si spiritualis pater, quous episcopus sanctus sit: tamen homo est debile animal: tam cito perditur, nisi fortiter custodiatur, quod charum habetur & utile. In sancto commercio diabolus minime quicquam inueniat: ne unde regimen, unde ducatus, inde sentiatur interitus. Omnes æqualiter pertractentur: nulla carnalis, sed spiritualis dilectio interueniat: nec stricta sit nimium. Principium enim spiritualis operis, si non sit matura prouisio, solet subsequi quoddam carnale. Vere non taceam: ut in pluribus solet contingere, conditionis muliebris infelicem miseriam: sub feruore spiritus, sub charitate nimium stricta, nisi custodia grauitatis ori ponatur: ut nemo delinquat in lingua: si utatur loquendi uiuendique copia, statim libido, actu turpissimum, dictu infelicissimum, de spiritu & charitate nascitur. Propterea charissimæ, hoc hortor, hoc moneo, hoc mando uobis: ut quæ Christi desponsata estis coniugio, cui omnem castitatis uestre fidem uouistis: cui nullum præter ipsum amatorum cognoscere sub iureiurando estis pollicitæ: uiri cuiuscunque etiam si eum sanctitas exornet: etiam si baptistæ æquaretur in meritis, quærat effugere faciem: nec liceat secum dilectione feruenti astringi per diem. Credatis experto: nihil est periculosius uiro, quam mulier: & mulieri, quam uir. Vterque palea, uterque ignis. Dicam audacter: pro dolor dei templa, spiritus sancti uasa, & deo dicata ædificia: nisi diligenti seruentur custodia, prostibula fiunt. Et aufertur tam nobile depositum, tam preciosus thesaurus, irrecuperabile decus castitatis: si tenui cuiusuis dilectionis ineptæ rimula continuus insidiator diabolus intuitum ualeat infigere. Ideo omni custodia cor seruetur. Super muros hierusalem ponantur custodes tota die: & nocte non dormiant, ne fur introeat: ne spolia auferat, quæ penitus recuperari non possunt.

De præposito presbytero post episcopum sororibus adhibendo. Ca. XIX

A Nimis diffusus ad plurima, circa singula non potest attendere: curam omnium gerit episcopus: homo est, nec locis singulis potest adesse: nec diuersorum simul habere scientiam. **B** Ne igitur ex absentia securitas sit in uitio, sacerdotem sanctum: quem sanctitas prædicat, quem subornat scientia, quem talem reddit ætas & uita: quæ etiam apud improbos lubricosque sinistra opinio non possit haberi, post episcopum habeatis præpositum. Hic episcopi in uobis teneat uicem, hic doceat, hic prædicet, hic corrigat uniuersas, huic soli occulta domus pateant: huius consilio innitatur ab omnibus. Non diuersarum opiniones in cõuentu sororum, diuersas sectas ponant: non diuersos ritus: ut quicquid altera uituperat, altera consulat: sic diuisæ domus pax, quies, & charitas ipsa discedit. Credite mihi sacerdotum ac religiosorum circumuenientium turma, ex mulierum consortio omnem sanctitatem expellunt. Intimeat episcopo, qui circa multa diuisus, uni soli in omnibus continere non potest adesse: quicquid pro utilitate agendum: quicquid sanctum euenerit ordinandum. Confiteantur singula singulis mensibus bis aut pluries crimina occulta: aut episcopo, aut præposito soli presbytero: uel cui commiserit: & sacra dominici corporis comunione munitæ: pugnaturæ uiriliter demonum castra subintrent. In hac uita mortalibus nihil est ualidius: non est quicquam salubrius, quam ut statim peracto delicto, confessionis non differat medela. Testantur & medici uniuscuiusque ægitudinis morbos auferri ex corpore, si exorietibus subueniat in principio. Quod si memor conditionis humanæ, leui etiam opinione ipse etiam sacerdos erga aliquam sororum ineptam familiaritatem uidere astringi: non sinatur oriri, quod non sine malo, non sine scandalo remoueri potest exortum. Emendetur si opus est, ab episcopo: si vero emendatus minime uult inceptis finem imponere, remoueat: etiam si utilissimus, si necessarius existeret loco. Nulla præualeat utilitas, ex qua formidat animarum periculum. Adhibeat vero sanctus successor, quem castitas longa comedit & uita.

De ordine seruando per sorores erga mares, & specialiter in loquendo. Ca. XX

Impudici pedes cuiusuis nunquam monasterij limina terant, inordinati animi nuncia uoce immundiciæ aures uestre nunquam sordescant. Vox omnis mulieris, ignita sagitta diaboli est, & e contrario. Propterea cõgemens Psalmista exorat animam suam liberari a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Nam subdens postmodum, quare sic affectanter liberari postulet: Sagittæ potētis acutæ, cum carbonibus (inquit) desolatorijs. Labia uiri, uenena præbent mulieri: si non sit astuta fallacijs linguæ dolosæ, quam potens diabolus miserum uulnerat cor sagittis tentationum cum ardore libidinis. Hæ fenestræ sunt mortis: quæ nisi claudantur, statim mors dira subintrat. Vir cuiuscunque

Cōditionis existat: aut nunq̃ appareat: aut uisus, uisum terreat uestrū, uelut horridum monstrū. Propterea uolo charissimā: ut si cum uiro ex necessitate loqui oporteat, uelum in fenestrela tractum, alterutrā faciem tegat: ne liceat uideri, qđ cōcupisci non licet. Excusationē nullam sibi arripiat sanctitas. Sanctus Dauid in uidendo capitur. Dina ut uideret egressa, uisa corrumpit̃. Sic infinita forent exempla, quā sapius ruminanda uobis relinquo. Quid per multa uagor? Pene sacrae scripturae clamant syllabae singulae: pene instruimur corporis proprii singulis motibus: qđ uictoria nō sperat in hoc certamine, nisi ex fuga. Nemo ex fortitudine audeat resistere uiribus: quoniam nisi fugiat, cito succumbet. In cōmuni etenim uita nec uerbum sit propriū: secreta uerbula nō carent suspitione. Ideo qđ praecipio: ut nulla soror alicui exteriorū sine plurium sanctarū sororū & abbatissae, seu alteri⁹ praepositae domus potissime praesentia loqui audeat: his dūtaxat exceptis, quae sacerdoti in confessione dicuntur. Solent profecto talia uerba, semina multa mala proferre. Inter uos de uiro nequaq̃ si fieri potest, habeat̃ mentio. Ultra qđ creditur, exultat diabolus: ut in corde uirgineo, uirorū memoria uigeat. Nullum uenenū nociuius foeminae, qđ affectio erga uirum, quacunq̃ de causa procedat. Proh dolor infelix conditio sexus uestri. Sanctior mulier ultra qđ dici liceat, si uiro adhareat q̃tuncunq̃ spirituali, instinctu naturali indinat̃ tandem ad nephas, si in uiro uirtus deficiat. Piget quā noui cuncta narrare. Etiam argumenta sunt diaboli: & mortis aeternae indicia, filiationes & maternitates: quibus uocabulis sub uelamine spiritus inter se utuntur mares & foeminae. Munuscula omnia, & suspectas literulas, haec cuncta luxuriae nuncia, uobis interdico sub anathemate, & aeternae mortis poena. Adhibeatur summa diligentia, ut extra cōnobiij limites litera qualiscunq̃ non exeat: nisi abbatissae & sororū accesserint uota. Et si opus est, & grauitas ita rei exigat: adsit episcopalis licentia, seu sacerdotis consilium. Grauiissima poenae subiaceat, quacunq̃ huius reperta fuerit rea.

De fictitijs & nociuis sermonibus euitandis.

Ca.

XXI

D Eruis dei frequentia populi, sancti omnes patres praedicant inter caetera summe nociuam. In multiloquio nequaq̃ peccatum deesse potest. Lingua hominū ad iudicia praecipit: ab sentium uitam ut plurimū non cessat hincinde corrodere. Pessimū quorundam spiritualium genus, non attendentes, qđ deus filio suo dedit omne iudicium de uniuersorum hominum uita, ac de moribus: & quod plus est de conscientia: cuius occulta scire, solius est diuinā scientiae, iudicare sibi licere putant: proferentes in medium, quod spiritualis homo diiudicat omnia. Heu immundo spiritu pleni, quid conamini de oculo fratris festucam extrahere, qui fertis cōtinue in uestro trabem? Hypocritae tristes exterminant facies suas: ut appareant hominibus ieiunantes: & barba prolixa, crine cinere asperso: fracta undiq̃ ac rudi & deformi ueste, colloquio blando, uerbis fictitijs, se sanctos ostendunt: & dealbari parietes inter mulierculas seminant sectas errorum. Deniq̃ loquentes cuiuscunq̃ uitam simul cum fama denigrant: instrumenta diaboli haec sunt omnia. Infortunatissimū mulierū genus: hamo capiunt ut pisces: ad macellum ducuntur ut bestiae. Proteruae nimium foeminae, semper fictitia cupiunt: semper subornata uerba deposcunt: exquirunt mendacia: fabulas nouas nunq̃ fastidiunt: Augurijs, ueneficijs, & incantationibus daemonum delectant̃. Si qui talia proferant, hi praedilecti filij, hi spirituales patres & fratres, hi profecto (ut uerius liceat dici) cōcubinarij, & corruptores mentis, & uentris nutriuntur: exquisitis ferculis & delicatis escis, uina preciosa non desunt. Ex furtiuis saepe uirorū laboribus: & inter crapulas & ebrietates ructantes fauces, spiritus dulcedinē praedicant. Proponit̃ iterum atq̃ iterum illud Apostoli: Qđ omnia munda mūdis. De talibus loqui nephas est, & prohpudor. Sed cupio dei seruitricibus detegere omnes artes diaboli: ut nihil desit quod cauere possit.

De silentio & diebus & horis debitis obseruandis.

Ca.

XXII

Haec itaq̃ omnia sponsae dei dilectae procul expellite: in his diabolus cognoscite principantem. Inter uos nunq̃ de uita disputetur alterius. Maneat diuino examini omne iudicium. Peccata uestra cognoscite: delicta uestra plorate. Omnium uobis uita, sanctitatis exemplum appareat. Vos uniuersis aestimate peiores: sic puritas mentibus uestris inhareat, ut cogitare sit indecens, & credere nephas, aliquē propter uos posse peccare. Si quē alicui detrahentem audieritis, procul fugientes, dimittite ut serpentē: ut uerecundia uictus, discat de factis aliorū silere.

A aliorū silere. Muliercularū quarundā solet esse moris ut plurimū, ut semper garrulæ, nihil secretum habeant quod audiunt: imo potius quod sæpe nesciūt, dicunt: nihilq; scandali seminariū, norunt tacitū tenere: hincinde aut proferētes uerba nociua, aut seminantes discordiam: aut audientes, alios ad detractionē incitant: aut maledicta cōfirmant: ut duplicis delicti reæ habeant. In hoc conuentu ancillarum dei, muliebris omnis expellatur infirmitas. Illud Iacobi uerbum in corde uestro multotiēs repetat in die: Si quis putat se religiosum esse, nō refrenans linguā suā, sed seducens cor suū: huius uana est religio. Religio igitur sancta non potest esse in loquacibus, quæ nullo possunt tempore silere, nec abstinere ab inutilibus uerbis. Ex hoc em̄ in eremo sancti patres edocti, summa cū diligentia obseruant sancta silentia, tanq̄ sanctæ cōtemplationis causam. Plures me repperisse nō ambigo, qui per septenniū nullū prorsus uerbū homini alteri emisserant: scientes q̄ nō in cōmōtione dñs potest haberi. Propterea uolo charissimæ, ut in cōuentu uestro, ter aut pluries in hebdomada, exceptis festiuitatib⁹ loqui omnino, nisi urgente causa per utili & necessaria, nullatenus liceat: nec simul, nec cum alijs extra. Diebus ꝑo omnibus, quibus & pro remedio, & pro salute loqui conceditur: non singulis horis uacandum est uerbis: quæ uix proferri sine peccato possunt: sed hæc inuiolabilis obseruatio uigeat, q̄ singulis noctibus post peractam horam cōpletorijs, usq; post missam: & a tertijs usq; ad nonam, sacra obseruent silentia: quaten⁹ & linguæ deum laudandi cōcedatur opportunitas: & inutilia uerba penitus abscondantur. In choro ꝑo ecclesiæ ad diuinas laudes parato, dormitorio, cœnaculo, claustro, ac capitulo, om̄i tempore loqui nō deceat: nisi ea ad quæ ordinata sunt loca in laudib⁹ dei: ut iam & tempus & locus religionis uestre prædicent sanctitatem: & loquacibus compunctionē ingerant: & intrandi ad societatem uestram, sancta desyderia incitent: & affectus ad cœlestia moucantur.

De refrenatione linguæ in loquendo.

Ca.

XXIII

B Nequaq; charissimæ, Iacobus apostolus experientiam poneret religionis in refrenatione linguæ, nisi certo sciret indicio, q̄ mors & uita est in manib⁹ linguæ. Nam ut innuit, cum ipsa bñdicim⁹ & maledicim⁹ deum. Propterea post multa, quæ de lingua pronunciauerat: quandā ex omnib⁹ dictis generalē cōclusionē infert: Quicūq; (inquit) refrenat linguā suā, hic beatus in facto suo erit. Ecce q̄ in refrenatione linguæ, beatitudo ponitur: ut detur intelligi q̄ in multiloquio deus, qui est beatitudo nostra, haberi & cōtemplari non potest. Refrenatio linguæ est: cū linguæ quæ ex sui uitio semp̄ prona est ad mendacia: unde & mendaces appellant homines, & uani filij hominū: aut silentiū imponit, ne in displicentiā dei prorumpere audeat: aut ad bonū exerceat, ut diuinas laudes exoluat. Sic igitur charissimæ & dilectissimæ filiæ, temporib⁹ quib⁹ præstat⁹ opportunitas: ut beatæ esse possitis, linguas domate, ne cōuertant⁹ ad lites, ne iurgia, cōtentiones, rixas, & scandala resonēt: ne iuramenta, ne blasphemias, ne opprobria, & aliorū displicentiā prodant. Qd' si ex instinctu diaboli, qui semper discordias seminat: inter sorores leuis etiā dissensio exorta fuerit, penitus statim per abbatissam, aut per episcopū, siue præpositū domus, nequitia elidat⁹ in semine: ita ut occasus solis in domo dei nō inueniat iracundiam, & ira cōuertat⁹ in odium, & domus pacis iam ebriosorū efficiat⁹ taberna. Mendacia ꝑo tanq̄ infernū expellite. Semp̄ autē diuina officia, aut sacrorū codicū uerba tam inter sorores, q̄ etiā inter aduenientes deducant⁹ in mediū. Si qñ mulierculæ de uiris proprijs, de filijs, de uestibus, de mundi uanitatib⁹, garrulando loquacitent⁹ ut moris est: eis mox uerba franganē, mox ociosum uerbum & nocuum diuino cedat sermoni. Si diuinū introduci nō poterit tali colloquio: in detestationē criminis fenestra claudat⁹ in faciem: & uelox fuga testetur sanctitatē intrinsecam. Nihil itaq; per exteriora corporis intrans, mentem cogitationibus molester, cum diuinæ cōtemplationi exponitur. Raro cogitatur in mente, quod exteriores sensus non mittunt. Hæ sunt fenestræ: hæc sunt ostia: quæ si clausa non fuerint, morti patet introitus: & non nisi funeste ingreditur.

De consortio marium fugiendo.

Ca.

XXIII

C Redite charissimæ: credite senī pene omnia experto: nō possunt claudi sensus uestri extrinseci in tumultib⁹ hominū. Si color opponat⁹ oculo, nequaq; potest non uidere oculus: sic & auris, nō audire sonos nō potest. Ideoq; in silentio & quiete, cogitationes peruersæ uitant⁹, quæ separant nos a deo. Propterea hortor uos & moneo, ut non nisi sanctarum

Ll 3 mentium

C mentiū audire uerba uelitis: nō nisi pudicas & honestas facies quas macerant sancta ieiunia, liceat intueri. Sic rarus uir appareat: sic rara de uiro mentio habeat: ut puellula uestra pene uirilem sexum ignorēt. Nō animal certe masculū cōnobij limites transeat, ut omnis cesset occasio loquēdi de marib⁹. Sic pudica, sic casta uerba in omni colloquio sancta personēt ora: ut generatio nis modus & ortus, iuencularū lateat corda. Hæc profecto catena diaboli est: quā si abstuleritis de medio uestri, nō extēdendo digitū ad inquirendū omnia per curiositatē: & desieritis loqui qd' nō prodest: & per longa silentia nō inueniat uestra uoluntas, ut loquamini sermones inutiles: tunc oriet in tenebris lux uestra: & erunt tenebræ sicut meridies: & erit uobis a dño requies, qualem mūdus iste nō nouit: Et implebit splendorib⁹ anima uestra: quos obtenebratæ mentes caligine sæculi apprehendere nequeunt. Felix itaq; anima quæ spreto turbine sæculi pertrāsens corporis claustra, illi⁹ summæ & incōprehensibilis lucis potest aliquali illustrari radio. Sic dulce, sic iucundū est solaciū, q; despiciant protinus cuncta terrena. Mors formidabilis uniuerſis animantib⁹ terræ optat pro gloria, ut limpidius liceat intueri: qd' modica hora uisum, tam delectabile & iucundū sentit. Sic itaq; agite charissimæ: adimplete quæ estis professæ: gaudete, quia potestis. Non uos uiri, nō filiorū, nō supellectilis cura, nō ceterū maritale onus molestat. Hominū cōsortia sic fugite: sic sæcularia omnia expellite: ut nequaquā perueniat ad uos quicquid agitur in sæculo. Solus spōsus uester Christus strictis uestris fruatur amplexibus. Solæ cum solo sponso, aut lectionibus sacris, aut sanctis meditationibus secum confabulemini, & ipse uobiscum.

De obsequijs seruitricum quærentium uictum & necessaria sororibus. Ca. XXV

Z Elotypus nimīū est spōsus uester charissimæ, nullaten⁹ patit spōsas proferri in publicum: ne cōcupiscant ab amatoribus sæculi. Semp uult solus ludere: semp solus cū solis spōsis morari desyderat: neminem uult admittere ad solacium: de cunctis dubitat: de nullo confidit. Sic arrogans, sic superbus est spōsus: q; si alium quæritis amatore, protinus recedit: sic proteruius, q; protinus dissoluit omne coniugium. Idcirco domina mea, quia sponsa dñi mei estis, uos ipsas omni custodia sibi seruate: ne spōsus tam dulcis separet a uobis. Semp Dina egressa uidere filias regionis illius, uos cautas faciat de periculo illius. In monasterio uestro uelut in thalamo maneatis cū sponso. Extra monasterij limites nulli omnino uestrū phas sit pertransire. Hæc lex, hæc norma, hæc summa professio omnibus uobis: ut quæ semel intrauerit ex sororibus: nunquā si fieri potest, exire permittat. Non etiā mulieres illæ quæ religionis habitū gestant: & uoto obligatæ noscuntur cōnobio, per ciuitatem & uicos, uictus & necessaria quærant. Hæc siquidem extra manentes in aliqua parte locelli, cum omni sanctitate & modestia administrent quæ opus sunt uobis, recepturæ cum Martha sortem mercedis. Has autem uolo tales seruitrices adesse, q; ex conuersatione uitæ & habitu, interior sanctitas monasterij prædicetur. Quod si ob necessaria domus captanda exeunt, non circumeant uicos in fabulis: non matronarum domos in potibus: sed omne opus bonum exerceant, ut non uituperetur ministerium suum. Cum his non liceat sororibus intra degentibus secretis colloqui fabulationibus: ne aliquid possit intrare extrinsecus, quod possit obesse. Harum omnium abbatissa domus curam gerat assiduam: ne & ipsæ operentur qd' non deceat sanctitatē. Hæc obseruantiarū & ieiuniorū sint astrictæ legibus: & præuaricatrices, disciplinæ subiaceant ferulæ. Quæ si emendari ex prauitate contempserint, in sanctitatis cōsortio prauitas locū nō habeat: & membrū putridum de sancto corpore excidat.

De dulcedine contemplationis erga diuina.

Ca. XXVI

S Olæ idcirco filia & domina mea, sponsa dñi mei intus manētes nihil sentiant, nisi pium Iesum: hunc paradisum solæ possideant, ubi dulci & iucunda quiete ineffabilem trinitatē intueantur in sacris literis, choris intersint angelicis: dulcibus eorum melodijs misceantur, diuina in ecclesia concinendo mysteria. Informet mentem sanctorū patriarcharum, & patrum antiquorum obedientia: prophetarum oracula, dulci meditatione cor accendant ad promissa felicia. Apostolica documenta, fidei cuncta detegant sacramenta. Euangeliorumq; codex semper ut speculum teneatur in manibus. Martyres sancti, cuncta sæculi aduersa, & tempestates huius maris procellosi cum omnibus diabolicis uersutijs, & infestationes daemonum doceant conculcare.

A conculcare. Confessorū preciosa deuotio: ad diuinorū contemplationē assiduā affectus astringat. Regularē uitā instruat sanctorū monachorū mira cōuersatio. Frāgere omnē sexus molliciē & sanctæ uirginitatis seruare ppositū, p̄ciosissima uirgo uirginū cū ceteris uirginib⁹ sacris semp edoceat. O felix societas: o felices uos si talis ac tāti muneris nō sitis ingrata. Felicissima nīmīū si dignitatē uestrā ipsæ cognoscitis: quæ omniū regi & dño, reginæ speciosæ matrimonio copulata: ipsum dūmodo uelit habere meremini: quē angelici spūs uidere concupiscūt. O ineffabilis gloria. In fragili siquidē corpe deū intueri potestis. Hic quæso mens uestra uigeat. Hæc dies diei eructet uerbū: & scientiā hāc nox indicet nocti. Angelicis choris, sanctorū societatib⁹, hic studeatis interesse: ut postmodū in corpis exitu, uobis gaudētes & læti tanq̄ notis occurrāt. Si sic feceritis: nihil uobis dulcius: nihil iocundius q̄ his interesse cōuiuijs, his pabulis saturari: qbus semel degustatis, terrena omnia amara cernūtur. Vere tūc clausura cœnobij cuius tædet mentes uagabūdas & deuias: uobis pro sūma deputabit gloria: & reputabitur exire limites monasterij esse necesse potius mori. Expto itaq; senī deuote consulenti credite filia. Si semel gustastis q̄ dulcis est dñs: ad quē accedētes poteritis ab eo illud audire: Venite, & ostendā uobis omē bonū: & tūc ostēdet uobis talia q̄lia nō nisi mētes assuetæ norūt. Scio qd loquor charissima. Nā ut meā insipientiā loquar: ego homūculus sic abiectus, sic uilis in domo dñi: adhuc uiuēs in corpe, angelorū sæpe choris interfui: de corporeis per hebdomadas nihil sentiens, diuinæ uisionis intuitu: post multorū forte dierū spacia, p̄scius futurorū, redditus corpori flebā. Quid ibi manēs felicitatis habebā: quid inenarrabilis delectationis sentiebā: testis est ipsa trinitas quā cernebam nescio quo intuitu. Testes sunt & ipse beati spiritus qui aderāt. Testis est etiā consciētia mea: qui tantis bonis ipse fruebar, quot & qualia nescit proferre mollicies corporis mei.

De clausura domus.

Ca.

XXVII

B **N**on potest ad tantæ contēplationis dulcedinē cor sæcularibus plenum negocijs aspirare: sed oportet ut sæculo moriat⁹, & soli deo per tātās meditationes & desyderia supius inhæreat. Vnde granū frumētī cadēs in terrā, nisi mortuū fuerit, semp sic solū manet ut cecidit: qd si moriat⁹, fructū plurimū affert. Sic & charissima, domū paternā & sæculares uestes relinquere: & monachi nomē assumere, modicū pdest homini: si mens ipsa misera quæ in mundo habent affectibus optet: & quæ reliquerat, desyderijs repetat. Exeunti etem Lot cū filiabus & uxore de sodomis, mādāt ab angelis ne retrospectiāt quæ iam pambulādo reliquerāt. Cuius uxor more fœminarū, quæ semp perūt cōtraria, obuians mādato, statim est cōuersa in statuā salis. Hæc itaq; uos doceat, qua pœna sint puniendæ, quæ mūdi uanitates affectant in monasterijs. Nā efficiunt insensibiles statuæ salis: ut iā nihil de supnæ contēplatiōis dulcedine sentire ualeāt: sed maneat in amaritudine sæculi, quæ sæculo uiuūt. Propterea charissima, monasteriū uestrū uobis sepulchrū eligite: ubi mortuæ cū Christo, mūdo & cōcupiscētis ei⁹, solæ cū Christo ibidē maneatis sepultæ: quousq; resurgētes cū eo apparebitis in gloria eius. Demū timendū est plurimū: ne qs ingrediat nocte ad furādū p̄ciosum thesaurū, q̄ latet in tumulo. Hinc inde fures foras diūt, ut furent infinitis astutijs, qd intus habet. Custodiat ergo sepulchrū p̄ episcopū: quē de⁹ in uinea sua primū custodē p̄posuit. Custodiat & p̄ ppositū p̄sbyterū, q̄ uicē eius tenet in loco. ne qs incaute introeat: ne qs ad minuendū p̄gat. Murorū munitionibus sic undiq; circūcingatur locellus: qd uix auib⁹ prebeat⁹ aditus. Sic tendant⁹ muri in altū: qd nō solū nō liceat pedib⁹: sed nec oculis, quæ intus gerunt⁹ agnoscere. Ostia serent⁹ fortiter clauibus. Clauēs uero disponat episcop⁹: ne qs nisi habēs uestes nuptiales introeat uel exeat sine ei⁹ cōsensu. Sit aut una uel plures fenestrelæ iuxta dispositionē episcopi: sic ferreis uirgis artatæ undiq; ut uix digito pateat aditus. Per has horas debitis: aut necessitatis: aut ædificationis siue recreatiōis causa, sanctis sermonibus cum sanctis uiduis: & alijs mulieribus, quas uestium habitus & facies tenues & pudicæ reddūt uenerabiles, sororib⁹ liceat simul loqui. Prohibitis & suspectis horis, fenestrelæ clausæ maneāt. Et clauēs Abbatisa domus, uel sancta alia soror custodiat: ne coruus egrediatur per fenestram ex arca. Credite hic timendum est thesauro a timore nocturno. A sagitta uolante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incurso & dæmonio meridiano. Semper horæ hæ suspectæ sint mentibus castis.

C

De detestatione preciosarum uestium.

Ca.

XXVIII

Propheticus ille sermo nequaquam proferatur de uobis: Filiae eorum compositae, circumornatae ut similitudo templi: & dealbatae ab extra ut monimenta, quae extra auro relucet: intus autem sunt turpissima & imunda, plena cadaueribus mortuorum: huiusmodi non filiae regis Christi, sed Tyri. Haec semper in muneribus: haec uultus impudicitia per diuites plabris capiuntur & capiunt. Imperfectissimus mulierum affectus. Semper in uestibus, semper in auro, lapidibus preciosis & ornamentis extrinsecis, gloriam ponunt. Non sufficit eis libido innata naturae: sed occasiones quaerunt explendae libidinis. Affectant proculdubio: ut oculi uirorum aurum contemplantur & gemas, tandem figantur in faciem: ut oculorum suorum nutibus facilius incitent ad libidinosum incendiū. Quid meretrix communis gloriaris in margaritis & gemis? Quid ad te attinet argentum & aurum? Quid exaltaris in pulchritudine panni? Nonne est omnis caro cinis & fenum? (& ut uerius dicam) massa putredinis, cibus uermium, & foetidissimum stercus? Quid in te mirandum: quid laudandum puerorum spectaculum? Nonne & si laudetur gemarum & metallorum preciositas, quam sibi natura tradidit: semper tamen cognosceris cinis, fenum, & stercus immundum ex immundo productum semine? O si te uelles intueri uilissima mulierum: quam uerecundareris de corpore quod tanto cultu excolis? Ipsa etenim iumento & bestiis terrae, aut es aequalis, aut deterior: intus est unde glorieris, non extra. In uase isto tam turpi thesaurum tenes, quem summa cum diligentia colere debes & seruare summa custodia. Nihil ad te de uase fictili, si turpis forma sit extra: dummodo intus sit nobile: intus sit pulchrum quod latet, intus sit integrum quod seruatur.

De periculo ambitionis uestium.

Ca.

XXIX

D

Propterea uos charissimae quae estis sponsae & filiae regis aeterni: cuius regnum non corrumpetur, nec auferetur ab eo: sit abintus omnis gloria uestra. Sedete ad dexteram sponsi in uestitu non exteriori sed interiori, deaurato auro charitatis: in fimbrijs aureis: id est charitatis praecipitis: sit undique uestis circumdata uarietatibus: ut iam nihil in ornamentis de uirtutibus desit. Sint myrrha, gutta & casia a uestimentis: ut in odorem uirtutum & uitae, caeterae ad sanctitatem uestram adulescentulae currant de saeculo. In hoc honore uestro delectemini filiae regis aeterni. Hunc uestrum decorem concupiscet rex uester & sponsus. Sic decoratae adducemini in templum regis. Sic secum manebitis in thalamo in laetitia & exultatione. Tunc nascentur ex uobis filij, qui non iam terram sed caelum replebunt: quos pater constituet principes super omnem terram. Quod si uos exteriorum uestium delectaret ambitio: si egressi de saeculi pompa: de domo diaboli, & de congregatione malorum, populi uestri & domus patris non essetis oblita totaliter: extollentes uos aut de parentum dignitatibus, aut de carnis prosapia: siue de huiusmodi uanitatibus caducissimis, terrae uaporibus, uti solitum est incolis terrae: protinus assurgens rex potentissimus accinctus super femur suum gladio bis acuto, expellet uos undique uulneratas dextera sua de tabernaculo suo. Tunc acutissimae eius sagittae perforabunt corda uestra in amaritudine: quoniam uirga directionis, uirga regni sui. Et postmodum abiectas de domo domini uestri, omnes deridebunt uos: & dicet de singulis uestrum: Filia babilonis misera: quae non posuisti deum adiutorem tibi, sed sperasti in uanitate tua: sede iam super flumina babilonis: plange & suspende in salicibus organa, dum recordaris unde expulsa es. Nam quae solebas cantare canticum laudis & laetitiae: modo ploras ad terram alienam deducta.

De consideratione extremi dei iudicii.

Ca.

XXX

Itaque charissimae dominae, cum Apostolo arbitramini uos in hoc saeculo stercora, & mundi purgamenta: ut sponso uestro placere possitis. Nihil ad uos de pompis saeculi attinet: quae abrenunciastis in baptismo mundo, diabolo, & pompis eorum: quod & postmodum confirmastis sub pollicitatione iuramenti, in uestrae religionis ingressu. Nullus unquam inter uos sermo habeatur de nobilitatibus generis, de prosapia carnis. Sit aequalis in dei obsequio, filia regis siue rustici. Omnes simul nobilitatem & dignitatem unam habetis ex sponso. Exeat continuae extra castra cum Christo: ut cum Christo crucifigamini mundo & uitis: portantes cum ipso impropria: & amore eius, officiorum domus labor, dulcis appeat. Non disputet de maioriore officiorum: sed de deuotione & affectu impletorum. Nunquam murmur, nunquam uerborum turpium, nunquam litium sonitus, inter mortuas saeculi sonet.

Sepulta

A Sepulta cadauera nunq̃ inter se iurgia pagunt in sepulchris: nunq̃ blasphemāt: nunq̃ contendūt. Sic & uos charissimæ: sopitæ somno quietis & pacis, expectetis sponsum & iudicem uestrū: expectetis magnū & terribilē diem iudicij, diē uidelicet iræ: diē calamitatis: ubi cœlū simul cū terra pauebit: cœlorū omnes mouebūtur uirtutes: tremētes erunt angeli simul cū sanctis omnib⁹: tunc singulorū uitæ discutientur discrimina: & merita apparebunt. Semp tuba illa terribilis uestris p̃strepet auribus: Surgite mortui, uenite ad iudiciū. Ecce rex in manu potenti uenit: a cunctis uult exigere rationē: certe de cogitatiōib⁹ minimis: certe de leuibus & ociosis uerbis. Si reddere de singulis rationē paratæ non eritis: proijciemini in carcerem exteriorē: audietis a iudice. Ite maledictæ in ignem æternū paratum diabolo & angelis eius.

De abiectioe exquirenda in uestibus.

Ca.

XXXI

HEu cor infelicissimū, mens infortunatissima, quæ diem iudicij tam horrendā nō meditatur quotidie: & si meditat, fatuissimū si appetit quicq̃ de sæculo & pompis eius. Nullo uos die, nulla uos hora transeant hæc omnia. Quilibet paries domus, quilibet angulus, uestris demonstratur in oculis, ista die depictus. Si hæc non prætermittat lectio: tunc abiectio uestium, cuius tedet mulierculas fatuas, uos delectabit. Tunc rusticanus & abiectus pānus, purpuræ præponetur & bysso. Tunc crassa & rudia uelamina capitis æstimabunt ex sericis. Certe tanta erit deformitas in melotis: tanta grossities in cucullis: caputia tam rudi artificio præparata: qd' si sic forent sæcularium indumenta, artificū panni, breui tēpore periret omnis industria. Ista charissimæ decēt monachas: nō strictis manicis, præciosis & compositis pannis, subtili uelamine eleuatis supercilijs, cor meretricū nō tam prætere dē q̃ habere. Non tales existimo monachas, sed pessimas meretrices & scortū uilissimū. Non est em̃ opus cadaueribus mortuorū præciosis & compositis ornamentis in sepulchris. Monumēta nō indigent talibus: monasterij lapides non appetunt gloriam uestium, quæ sine peccato grandī minime possunt haberi. Histrionibus & lusoribus regum & principū sæculi, mollia sunt relinquēda. Ioannis de pilis camelorū interest uestiri. Pudeat igitur religionis nomen habere, & se cultu uestium histrionem ostendere. Ideoq̃ charissimæ: uolo uos mortuas sæculo: quæ totaliter mundum calcastis, procedere sic deformi & incōposita ueste: qd' si impudicis oculis liceret intueri uos: risus potius prouocaretur q̃ cogitatio mala. Fateor qdē illos mentiri, q̃ gloriant se seruare castitatē: & in uestib⁹ lubricitatē sectant. Pannus itaq̃ uester, & si albus & candidus, tamen grossus & uilis sit: ut & color candorem castitatis intrinsecū: & uilitas contemptū terrenorū exhibeāt. Hæc gloria monacharū: hoc studium religiosarum mentium: hoc indicium sponсарum dei æterni: hoc signum mortuarum sæculo & sepulcrarum cum christo.

De austeritate exquirenda in stratu.

Ca.

XXXII

COniugata & uidua quæ manēt in sæculo, circa plurima, circa laboriosa sollicitæ sint: quotidie circa frequens ministerium occupatæ cū Martha: saluentur per opera pietatis, Iesu ministrantes in paupe: frangant esuriētibus panē suū: egenos & uagos domū inducāt: cooperiant nudos: insistant misericordiarū operibus: pculdubio tam fructuosis & bonis, quod impossibile est qd' deum nō placent iratū. Colligationes impietatis dissoluant: & fasciculos dissoluentes, & omne onus dirūpant. Vos autem charissimæ, quæ meliorē partem, immo optimā elegistis cum Maria: sedete continue secus pedes iesu: sacrarū scripturarū uolumina, sacris reuoluendo lectionibus. Lauate eius pedes assiduis compunctionis & gaudijs, charitatis ac deuotionis lachrymis, contēplationis intentæ dulcedinī. Capillis extergatis: terrenorū omniū supfluitatem per eam expellentes de corde. Audiatis de ore iesu uerbum quasi gladiū anceps p̃transiēs corda: scindēs cōpagē mēbrorū usq̃ ad diuisionē spiritus. Hoc uerbū dulce erit faucibus uestris super mel & fauum. Hoc uerbū per qd' facta sunt omnia: hoc uerbum qd' Centurionis poscebat deuotio: ut sanaretur puer eius. Huius uerbi dulcedinē solū norūt, qui audiūt. Hoc uerbū audire nō possunt somnolēti & ignauia dediti. Quapropter charissimæ: uolo uos singulis noctibus breui & duro stratu iacere in cellulis uestris: non in plumis & mollibus: sed aut in paleis aut straminibus: siue in ligneis potius caplis q̃ lectulis: ut & membra domata, potius stratum horreant q̃ affectent: potius somni imminentis quietem magis compellat necessitas q̃ uoluntas.

Sic ob

C Sic ob duritiē breuis & leuis occupet sopor, qd' nō sit fas solitis illusionibus noctiū, mentē sopi-
tam torqueri. De matutino & modo dicendi diuinum officium. Ca. XXXIII

AD matutinas excubias, media nox uos pręparet. Nullam ex uobis dormientē reperiāt
campanilis sonitus. Non ignoretur an fuerit ob soporem: sed potius ob contemplatio-
nis extasim. De cellulis oratiōe pręmissa, medię noctis summa quiete, ad ecclesiam sin-
gulę sorores aduenientes: sponsum dilectum matutinis excitent laudibus: ut exurgat in earum
auxilium. Sic distinctę alternatim psalmi lectionesq; sacrę proferantur: ut ob collisiones & hia-
tus ac barbarismos: ad risum nō puocent angelici spiritus. Sit semp moderatus, attētus, qetus,
& suavis sonus in uocibus: ut nulla pompa, nullaq; carnalis delectatio habeat locum in diuinis
pręconijs: summa deuotio, crebra suspiria & lachrymas fundat. Sic morositas, sic uelocitas te-
neatur in modo: qd' nec fastidiū nec impeditio linguę possit oriri. Nulla unq; uerba quantū/
cūq; utilissima proferantur inter psallentes: sed illud in mentis arcano, summa cum diligētia ru-
minetur intrinsecus, qd' pertractatur extrinsecus. Nullius est meritū ore diuina officia uerbosita-
re: & misera mente quę extrinsecus imminet, uagando circūire. Expletis uero laudibus matuti-
nalibus: nec tunc somnus arripiat: ne differatur quid sponsum petitionibus sponsarum re-
spondeat. In capitulo mox attentis & deuotis sororibus, sanctorum librorum deuota lectio de
uoluntate domini sui pandat quicquid agendum sit. Et sic cedant illusiones: & dæmonū phan-
tasmata, quę dormientes illuderent. Illico lectionem alia succedat breuissima lectio, de his quę
ad apostolicę uitę instructionē pertinent: qualicūq; stilo pręsenti opusculo pertractato: ut sic
singulis diebus quasi quodā bolo pia mens depasta, dulcedinē appetat: nec retardetur fastidio,
& de modicis eximia cogitet. Sequantur lectiones, confessiones criminū in regularibus discipli-
nis coram Abbatisa domus & ceteris sororibus. Prodantur in publicum quęcūq; gesta sunt
contra regulares obseruantias & obedientias: ut iam nullatenus quicq; inemendatū & impune
pertranseat: nec lateat matrem & sorores uniuscuiusq; conditio: quatenus & uerecūdia & disci-
D plina quā mater imponit circa futurū tempus unaquęq; reddatur astuta. Extra uero capitulū
aliquid de his unq; qualicūq; uerbo uel nutu proferre, sit anathema. Hoc itaq; sine nox sancta
clausa discedat. De ordine dicendarū horarū primę, tercię, sextę & nonę. Ca. XXXIII

CVM laudibus primę, dies salutaris incipiat: quibus expletis, sacrę missę mysteria ob spō-
si pręsentiam, sponsarū corda latificent: charitatis inebrient poculo, deuotionis & fidei
satiēt pabulo in cōuiuio salutari. Sit postmodū unicuiq; cōmodū: aut orādī, aut legēdi
sacra uolumina, siue aliter operādī quę sancta sunt. Deinde doctę, puellulas nouitias de euan-
gelica uita, de sanctis moribus, de officijs domus, de regularibus disciplinis usq; ad refectionis
horam instruant. Pręparentur & interim cibi, quibus corpora refocillētur ad pœnitentię iugū.
Nullo unq; detur ocio animus: ne quādo cogitationes & motus, mentibus titillent illicita: quod
si aliquāliter insurgere inceperint, statim elidantur in semine: ne crescant çizania cum tritico: aut
laboribus aut opibus manuū quicqd male concipit, euanescat. Adeat sanctā sororē ut locutio-
nibus sacris proficiat immundū. Tutissimū ualde est fidelem & iustum habere amicū: cui quic-
quid arcano cordis sinu latet protinus refert. Nō em̄ in suis sępe potest homo negocijs rectū
habere iudicium. Adueniēte uero refectionis hora, qua reddere corpori debitū natura cōpellit:
diebus cōmunibus laudes tercię & sextę horarū prius deo deuote soluantur. Postmodum cum
omni modestia, benedictione ab Abbatisa pręmissa, cibum sumant, parsq; ministret. Postq;
uero ceterę comederint: & ipsę quę ministrauerāt comedant, & sibi ministret ab alijs. Cū uero
ieiunij tēpus refectionē tardiorē effecerit: sacrę mysteria missę, tercię & sextę & nonę pueniant:
ceteris diebus post refectionē nona dicat hora statuta: cū iam sol in medio gyro diem exhibet
mediū. De cibis & ordine comedendi. Ca. XXXV

QVANDO em̄ uos ad refectionem hora debita adunauerit: in cibis uestris minime reful-
geat cocorum industria. Non ciborum nobilitas appetitum moueat sed fames: nō ap-
ponantur incitatiua libidinum, sed quę possint famem extinguere, aut legumina, aut
holera cōdiant in oleo. Carnes uero solū sint ex licētia Abbatisę indultę debilib;
& infirmis: alioquin cui? sint saporis ignoret cœnobiū. Qua & lacticia post ieiunia debilitatis
sororibus

A sororibus & præcipuis festiuitatibus permittantur ex gratia. Raro sciantur quæ in aquis oriantur & uiuant: nisi parui pisciculi. Gulæ horridū scelus, genitrix luxuriæ, & castitatis carnifex cum dei ancillis nullam habeat sortem. Ideoq; tanta sit in sumendo sobrietas: tanta talisq; parcitas: ut uenter potius conqueratur q̃ gaudeat. Non egeat in digerēdo stomachus medicinis: ructus potius uacuatio q̃ nimia repletio inducat. Nec cinguli ampliatiōe sit opus: ut & sic mēs a dei meditationibus minime retardetur per crapulam: & corpus non egeat medicinis. Sit semper ordinata & composita in suo modo comestio. Non sit in sumendo fercula talis uelocitas faucium & tam uelox masticatio boli, quod merito de ingluuie aliqua possit oriri suspitio. Non tam in comestione cibis q̃ turpis modus reprehēdendus est. Sape etenim in fabis & panib⁹ hordeaceis nimia auiditas grande peccatū causat. Nequa q̃ auidi & uagabundi oculi per discumbētes huc illucq; uagando: hanc uel illam magis uel minus denotent comedentem. Non prædentium numerus animū occupet uniuscuiusq;.

De sobrietate & ieiunio. Ca. XXXVI

Vinum quoq; in quo est luxuria, sponsis Christi tanq̃ uenenum suspectū sit. Potius stomachi languor, & afflicta naturæ debilitas consulat: q̃ delectatio aut ingluuies. Qd' si sumere cogit pene ipsa necessitas: tunc aut sic debile uinū, aut sic aqua p̃mixtū præbeat in potū: qd' nequa q̃ ex fumositatib⁹ repletū caput, ridiculosa aut puerilia ỹba deprobat. Sacrilegiū reputatur ebrietas: in scēmina præcipue, sed infinito plus in dñi sponsa. Noe denudatio uerendorū: & Lot incestus ob ebrietatem, uos cautas instituat: uos semper reddat timidas sempq; suspectas. Vere credatis qd' ignē portat in gremio, qui assiduo utit^r uino. Nequa q̃ quæso inter mortuas corpori, quæ omnibus uoluptatibus se abdicarunt pro Christo, de gulæ horredo facinore, & ebrietatis immūdia sermo etiā minimus habeatur. Ventris ingluuies & ebrietas, tam animæ infirmitatis, q̃ corporis causam & materiam tribuunt. Ideoq; medicinale ieiunium, omnem auferat languorē, omnē tribuat uirtutē & gratiā. Hoc uos legislator edoceat: cui lex non datur prius q̃ ieiuniū quadragesimale perficit. Elias in fortitudine subcineritijs panis, ieiunus per quadraginta dies perrexit ad montē dei Oreb. Quid uero uirtutis cōtineat sacrum ieiuniū, a uestro inuestigemini sponso: qui q̃dragenario peracto ieiunio, tentationē diaboli uicit. Viri Niniuitæ nō sileāt, q̃ ieiunijs cōmune euaserūt exitiū: & irreuocabile dei mutauerūt sententiā. Hæc uos charissimæ imitamini: sed assequamini sapiēter, ne dicat a dño: Nō est hoc ieiuniū qd' elegi. Castigate mēbra uestra: sed nolite interficere. Nō causet ieiuniū uerecūdiā, ut scandalū sit ceteris: nō dolore capitis, & debilitate corporis sacræ omittant lectiōes: nec orationes deficiāt: ne necesse sit contēplatiōes deferere. Vnaquæq; suæ salutis p̃ ieiuniū sibi medelā adhibeat. Frangatur corpus ieiunijs: castiget in cella uerberibus: Si quicq; concupiscit illicitū: multiplicent abstinentiæ: adhibeant grauissimæ disciplinæ: donec sic humile, sic benignū fiat qd' nihil sibi uendicet noxiū: nihil exigat qd' nō uultis. Erigat dña, principet in omnib⁹: subijciat, suppeditet & cōculcet ancilla. Qd' si iterū atq; iterū erigit se contra dominā: eijciat ancilla, denudet, fatiget & humiliet ad uotū. Si uero quietū corpus ultra uires, ultra cōdecentiā uelit exasperare, indignatū uos in foueā dei jciat indiscretas. Nil quippe potest habere uirtutis: qd' indiscretio facit. qd' imprudētia inijciat, & improuisio docet.

De lectionibus ad mensam. Ca. XXXVII

Sic dulcia sano palato eloquia dñi sunt: qd' nunq; degustata fastidiūt. Semper novos generant præ suauitate & dulcedine appetitus. Vos semp ea degustare decet. Nullo unq; tēpore uobis est ab oratiōe cessandū. Semp uos orare Apłus instruit: quæ nō p̃ carnis illecebris uacare ad tempus obligamini uelut coniugata. Ideoq; semper pro posse oretis: ut dum corpus saginatur cibo, saturetur anima lectione. Non est fas etiam secularibus simul cibum tere, & inania uerba ructare. Sacra de ueteri testamento, & de nouo, sanctorū gestis & dictis, singulis hebdomadibus deputata soror comedentibus lectionem legat. Tunc uniuscuiusq; mens sobria intenta sit dulcedini uerbi dei, suspiret anxia: cum propheticus aut historicus sermo dei sc̃uitiam monstrat in prauos. Gaudio repleatur immenso cum benignitas dei annunciat in bonos. Respiret spes: cū erga poenitētes indulgentiā posse exhiberi monstrat p̃misso uel facto. Erigatur fides: cū in promissis deus fidelis ostenditur. Charitas accendat: cum tot priuilegijs & muneribus ex Christi natiuitate, & eius uita & passione ac resurrectione, nostra dotatur humanitas

C nitas: atq; nostra uilitas sublimatur. Non resonent uerba, sed gemitus: non risus & cachinnus, sed lachrymæ. Non occupentur manus incisionibus inutilibus: sed ex recordatione criminum turgent pectora. His em̃ frenis agitata sæua gulæ rapacitas, sobrietatis nō excedit limites: foribus uentris nō aderit crapula: demum æstuans libido nō nocebit quicq̃.

De operibus sororum post prandium.

Ca.

XXXVIII

S Vmpto deniq; cibo: nec tūc adeundū est fabulas: sed Christi exemplo, cum dei laudibus ad gratiarū actiones consurgant: deoq; in ecclesia hymnos persoluant. Deinde cū omni silentio: ut sacra lectio lecta proficiat: ut menti inscribantur narrata: unaquæq; sigillatim relegat & confirmet: aut in ecclesia de his quæ didicit meditetur: quousq; simul diebus cōmuni- bus, post prandium horæ nonæ, in ecclesia celebrauerint dignas laudes: aut si forte prandiū præuenerit hora nona diebus ieiuniorū, quousq; campanella in claustro pulsabitur: interim si breuitas noctiū & temporū conditio & naturæ necessitas exegerit: post aliquā horulā in qua legendū est post prandiū, uel orandū, liceat paulisper uolētibus quiete potius q̃ somno corpus refocillare: ut fortius reddatur laboribus. Post quietem quidē hora nona decursa uel pulsata campanella: ne quicq̃ ociosum possit diabolus repire: ne uanis desyderijs pateat cordis adit⁹: altera sororum libros scribat: ut & manus labore, & mens diuino repleatur pabulo. Suat altera cucullas sororum: & tunicas & melotas. Plantas holerum plantet altera in hortulo, ut crescentes uobis præbeant escas. Altera semina iacet. Irrigentur areolæ: ut seminibus aptæ fiant. Inferantur fructifera arbores infructuosas: ut ars uim repellat naturæ. Ex his resurgat mens propter uisibilibus horum inspectionem ad meditandū de inuisibilibus dei: oriatur admiratio diuinæ potentiæ in semine: qd' ex sic paruo, sic arido, tantæ magnitudinis & uiriditatis & pulchritudinis creatura formetur. Ex admiratione crescat deuotio: ex deuotione eleuatio mentis: ita ut iam ipse hortulus fiat oratorium: & creaturæ insensibiles, creatoris magnitudinē prædicet. Sed cauendum est potissime: ne manus uestre quicq̃ contingere audeant, qd' uanis uisibus possit aptari.

D

De horis uespertinis & completorio.

Ca.

XXXIX

S Erpens morū, omnis ociosus sermo expellat⁹ de medio uestri. Nunq̃ risus: nunq̃ cachinnus cor uanū pronūciet. Sic sancti, sic pudici sint actus corporis cuncti: ut mentis sanctitatem exponant. Homo nempe exterior, interioris index est. Sancto uos in labore, sancto uos in ope debellātes diabolum, uespertina hora repiat: qua in ecclesia sanctis deus laudet officijs. Si festiuitatis celebritas: si nimia debilitas cōmunē cœnulā breuēq; refocillationē corpis poti⁹ q̃ ad delectationē paratā indulserit: uespertinae laudes deo tēpestiuus psoluant q̃ ceteris ieiuniorū dieb⁹: ut nec etiā debitæ laudes in ultima hora dici: uel omittant⁹, uel in aliq̃ detrūcent ob cœnā. Post peractā cœnā, uel si omittitur post aliquā horulam, iuxta exigentiā temporis ad ecclesiam sorores cāpanella uocet: ubi uel de sanctorū gestis uel de alijs mirabilibus dei lectio deuota dicatur: Cui succedant cōpletorii laudes: ut ex his roboratæ mētes diuino pabulo, nocturnis phantasijs occultisq; fallacijs diaboli occurrere nō formident, nec timeant dimicare: & sic a diuinis obsequijs exortus dies, diuinis finiatur in laudibus. Post completorium uero nihil aliud q̃ silentiū sentiatur: ut sorores quietæ semote totaliter corporeis sensibus, quæ in præterito tempore diuinis audierunt lectionibus, ruminent mente: & restringant in corde. Hæc meditās unaquæq; suā cellulā adeat: benedictione matris suscepta, & religionis habitum gestans, ut si natura exegerit se in stratu ad quiescendū cōponat. Si uero dormientē dæmon insequi cœperit quā uigilantē metuerat: si illusiones immiserit, si turpia cogitatui opposuerit: mox ut dei sponsa p̃senferit exurgat: cedatq; ignauia & sopori, uelox excubitus. Inde protinus horrendū & tremendū diabolo signū crucis opponat, sponsi dilecti inuocet auxiliū: & sponsus zelotypus qui nimio zelo sponsam custodit: exurget protinus in auxilium sponsæ suæ. Scuto circūdabit eam, ne iam timeat a timore nocturno. Et cadent statim a latere eius mille: & decē milia a dextris ei⁹: nec appropinquabūt ad eā. Postremo angelis suis mādabit ut custodiāt eā in omib⁹ uis ei⁹, ne forte offendat ad lapidē pedē suū.

De charitate seruanda erga infirmas sorores.

Ca. XL

B Alnearum molliciem, caro sponsæ dei non suscipiat. Harum usus castis corporibus nō competit. Satis nos ipsi experti quotidie quātis in mēbris nostris libidinis ignis exurat sentimus.

A sentimus, etiā si ignis fomenta auferantur pro posse. Nīmis est demens & fatuus, qui materiam preparās igni ad incendiū, nō uult ut ardeat. Ista decent miserrimas mulierculas; cū periclitantē naufragio part⁹. Tamē si extrema necessitas infirmāti cōsuluerit: seruato omīs pudicitiae honore: cū omī modestia fiat. Alias in seruis dei talia cogitare sit nefas. Sūmope seruet in uobis: ut erga infirmātes sorores, cū omī sollicitudine, omīs exhibeat cura hospitalitatis: & praebeat integrā & totius pietatis obsequia. Si piculū exegerit: medicū sobriū & pudicū: & omī suspitiōe carentē, protinus consulant: & quā mandauerit sanitari cōgrua: omni domus necessitate postposita, benigne fiant. Si uero desunt necessaria: uendant quā monasterij sunt: ne tēporale aliqd' misericordiarū impediāt opera. Nulla lex escā, uel potus, aut stratus astringat infirmā uel debile. Tñ sollicite cauendū est, ne ingluuies gulositatis sub infirmitatis uelamine, sua cōmoda quārat: & ne infirmitas sub specie sanctitatis, corpus abstinentijs conterat ultra uires: ne corpus duplici fractū stimulo, apud iustū iudicē deficiens, impiū criminet cœnobiū & homicidā. Deputent custodes infirmātibus discretā & sanctā sorores: quā sollicite praeueant pericula, quā iminere possunt infirmis: ne qd' aliqliter cōtingat aduersi. Onera quāso nō aggrauēt seruitrices. Semp Christū cogitent in infirma sorore latentē: semp se cogitēt posse in futurū talibus indigere. Semp lex illa naturā astricta teneat sinu mentis: hominē debere alijs id exhibere, qd' ab ipsis ipse deposceret. Non inficiat quāso hospitalitatis opera murmur: sed qd' fieri decet, cū omni māsfuetudine fiat, iuxta Apostolū dicentē: Hospitalitatē sectantes, inuicē in charitate sine murmuratione.

De auctoritate episcopi & prepositi circa obseruationes ordinis. Ca. XLI

B Cce uobis mea dñā Eustochiū & ceterā dilectissimā filia Christi, apostolicam uitā rudi & crasso stilo his chartulis scriptā, senex pater & ppinquus iam mortī, utpote centenarius in ætate, deuoto affectu trāsmisit. Hoc speculū æternum, per hoc ænigmatice in presenti uita, felicitatis uia unaquāq; filiarum, assidua meditatione cernat. Non causet grossities cortis, medullā requirendi contemptū. Nō imperitus & rusticanus sermo, fastidiū generet. Talia decēt poeticas fabulas. Nō est opus, pietatis & totius ueritatis legi, rhetorū pompis. Hæc omnia iuuenum intersunt. Ex hac singulis diebus uelut ex delectabili ferculo, singulū uobis sumite bolum. Hunc nō transglutiendo: sed magna morositate masticādo, hincinde transserre per ora: ut sentire ualeatis dulcedinē. Fateor em̄ uobis qd' ex his quā scribunt si sedula sit meditatio, exurgent uobis talia, qualia lingua humana nō nouit: quanq̃ & hoc impfectū sit opus. Nulla em̄ tā sancta, tam iusta, & diu prouisa est cōstitutio: quā in futurū, plurimos nō patiat defectus: quā aliq̃ quādo correctione nō egeat. Propterea si qd' in hac normula apostolicæ uitæ & religionis, dispēsatiōe, correctiōe, uel imutatiōe indiget: episcopo uestro, aut prapposito uestro presbytero sancto cōmitto, ut scdm plenitudinē spūs sancti dispēsset, mutet & corrigat. Sic itaq; charissimā filia, sanctos uiuite dies: sic Christo nuptiali fœdere copulatæ: ut nō uacua lāpade paratas uos semp media in nocte cū uenerit spōsus uocaturus ad nuptias inueniat: nequaq; uobis p exteriora quærētibus oleum: ne tanq; fatuis ex tarditate, thalami negetur introitus. Senectutem uestri deuoti Hieronymi, sanctis uestris iuuatē orationibus.

CENSURA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Abunde satis arbitror admonere tantū hoc opus eiusdem artificis esse, cuius id qd' proxime præcessit.

CHROMATIUS ET HELIODORVS EPISCOPI HIERONYMO.

Dilectissimo fratri Hieronymo p̃sbytero, Chromatius & Heliodorus episcopi salutē in dño. Ortum Mariæ reginæ uirginis, simul & natiuitatē atq; infantiā dñi nostri Iesu Christi in apocryphis inuenimus libris: in quibus multa cōtraria nostræ fidei cōsiderātes scripta, recusanda credimus uniuersa: ne per occasiōē christi, læticiam antichristo traderemus. Ista igitur nobis cōsiderātibus, extiterūt uiri dei, Armenius & Virinus, qui dicerent sanctitatē tuā beatissimi Matthæi euangelistæ manu scriptum uolumen hebraicū inuenisse: in quo & uirginis matris & saluatoris infantia esset scripta: & idcirco tuam charitatem per ipsum dñm nostrū iesum Christū expetimus: quatenus & illud ex hebræo latinis auribus tradas: non tantū ad percipiendū quā sunt Christi insignia, quantū ad hæreticorū astutiā excludendā: qui ut doctrinā malā instituerent, bonam Christi natiuitatem, suo mendatio miscuerūt.

M m ut post